267 יִפְּלוּ Jip-pelú] *Cadent*. Targ. יִתְבַּטְלוּן *irretiti fient*. A נָפַל *ruit, corruit, cecidit, decidit* è loco ſuperiori in inferiorem. Fut. Kal, quod commutatâ primâ radicali נ in dageſh, R. 69. in Pſalm. flectitur ſic: יִפֹּל *cadet*, &] ob Maccaph correpto ִ in (ֻ) R. 134. יִפֻּל Pſal. 35. 8. וַיִּפֹּל *& cecidit*, Pſal. 7. 16. cum ִ converſivo Futuri, R. 79. תִּפֹּלוּ *cadetis*, Pſal. 82. 7. cum ִ loco (ֻ) ob accentum Sylluk. R. 132. יִפְּלוּ *cadent*.

268 מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם Mim-mo-ע atſo-thehém] *A conſiliis ſuis*. LXX. ἀπὸ τῶν διαβουλίων αὐτῶν, *à cogitationibus ſuis*. A יָעַץ *conſuluit*, Nom. fœmin. Heemanthic. mutato (י) in ו R. 161. n. 1. מוֹעֵצָה *conſilium, conſultatio*: ſed legitur in plurali tantùm. מוֹעֲצוֹת *conſilia, conſultationes*. Cum Præfix. et Affix. בְּמוֹעֲצוֹתֵיהֶם *in conſiliis ſuis* Pſ. 81. 13. מִמּוֹעֲצוֹתֵיהֶם *à* vel *præ conſiliis eorum*.

269 פִּשְׁעֵיהֶם Piſh-ע-hém] *Defectionum ſuarum*. A פָּשַׁע *tranſgreſſus eſt*, Nom. Maſc. פֶּשַׁע *prævaricatio, defectus*, à re aliqua cui tenearis, *rebellio* quavis etiam levi de cauſa. מִפִּשְׁעָם *à defectione*. Cum Affix. mutat (ַ) & (-) in (:) R. 121. 122. & prius (:) in (ִ) R. 6. פִּשְׁעִי *defectio mea*, פִּשְׁעָם *defectio eorum*. In plurali converſo (-) in (ַ) R. 121. & (ִ) in (:) R. 122. fit פִּשְׁעֵים quod cum Affixis Levibus retinet (ֵ) cum Gravibus verò corripit (ֵ) in (:) facitq; פִּשְׁעַי *defectiones meæ*, & in pauſa פִּשְׁעָי, וּפִשְׁעַי *& defectiones meæ*, פִּשְׁעֵינוּ *defectiones noſtræ*, פִּשְׁעֵיהֶם *defectiones eorum*.

270 הַדִּיחֵמוֹ Had-di-hhé-mo] *impelle eos*, LXX. ἔξωσον αὐτούς. A נָדַח *impulit, expulit, propulit*, Imperat. Hiphil, converſo נ in dageſh. R. 69.

271 מָרוּ Ma-rú] *Rebelles fuerunt*. LXX. παρεπίκραναν σε *irritaverunt te*. A מָרָה verba vel mentem alicujus *immutavit*, dictum aut fœdus *variavit*, contradixit, contrafecit, *rebellis fuit*, q. dictum, pactum, præceptum, amarum reddidit, ita ut conveniat cum מָרַר *amarus fuit*. Sumitur ſemper in malum. Tertia perſ. plur. Præt. Kal, מָרוּ *rebellarunt*, Pſal. 105. 28. abjecto ה pro מָרָהוּ R. 66.

272 בְּמִימְרָךְ Bách] *In te*. Targ. בְּמֵימְרָךְ *verbo tuo*. Sunt voculæ ſerviles ב

in

in, בְּךָ *te*, unde בְּךָ *in te*, et cum ה paragog. בְּכָה Pſal. 41. 8. In pauſa verò tranſpoſitis punctis fit בָּךְ R. 132.

Verſ. 12.

273 וְיִשְׂמְחוּ Vejis-mehhú] *Et lætabuntur.* A שָׂמַח *lætatus eſt.* Fut. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: אֶשְׂמַח *lætabor*, cum ה parag. mutato (-) in (:) R. 121. אֶשְׂמְחָה *lætabor*, Pſal. 9. 3. וְאֶשְׂמְחָה *& lætabor*, Pſal. 31. 8. יִשְׂמַח *lætabitur*, & in pauſa יִשְׂמָח Pſal. 109. 28. וַתִּשְׂמַח *& lætata eſt Tſion*, Pſal. 97. 8. cum ו converſivo Futuri. נִשְׂמְחָה *lætabimur*, (cum ה paragog.) וְנִשְׂמְחָה *& lætabimur.* יִשְׂמְחוּ *lætabuntur*, in pauſa converſo (:) in (-) R. 132. יִשְׂמָחוּ Pſal. 69. 33. וְיִשְׂמְחוּ *& lætabuntur*, Pſal. 34. 3. וַיִּשְׂמְחוּ *& lætati ſunt*, Pſal. 107. 30. cum ו converſivo Futuri.

כָּל־חוֹסֵי בָךְ ¶ *Omnes confidentes in te.* Vide ſuprà Num. 120. Targ. כָּל מְסַבְּרִין בְּמֵימְרָךְ *omnes qui ſperant in verbo tuo.* Vide ſuprà Num. 72.

274 לְעוֹלָם Le-ʿo-lám] *In ſeculum.* A עָלַם *abſcondit*, עוֹלָם *ævum, ſeculum*, quia ventura ſecula nobis abſcondita. Scribitur modò cum ו modò ſine ו Si ad Deum referatur, notat *Æternum*, ſecus eſt *duratio longa*, ſed *finita.* Cum de Jubilæo dicitur, notat 50. annos: עוֹלָם שֶׁל לְוִיִּם חֲמִשִּׁים שָׁנָה *ſeculum Levitarum, quinquaginti anni.* Attribuitur tam tempori Futuro, quàm Præterito, unde fortè Latinum *Olim. Et elevamini portæ* עוֹלָם *ſeculi*, Pſ. 24. 7. i. e. manſuræ quamdiu templum durabit. Cum Præfixis, מֵעוֹלָם *à ſeculo*, מֵהָעוֹלָם *ab ipſo ſeculo*, Pſ. 41. 14. וּמֵעוֹלָם עַד־עוֹלָם *& à ſeculo uſque in ſeculum*, Pſal. 90. 2. i. e. antequam mundus eſſet & ad finem ejus. עַד־הָעוֹלָם *uſque ad ipſum æternum*, Pſal. 28. 9. לְעוֹלָם *in ſeculum*, וּלְעוֹלָם *et in ſeculum.* הַלְעוֹלָם *An in æternum iraſcetur nobis?* Pſal. 85. 6. ubi ה Interrogativum geſtat ſimplex (-) ob ſequens (:) R. 77. עוֹלָמִים *ſecula*, & ſine ו, *Regnum omnium* עֹלָמִים *ſeculorum*, Pſal. 145. 13. הַלְעוֹלָמִים *An in æternum rejiciet?* Pſal. 77. 8. ubi ה Interrogativum cum (-) ut antè.

275 יְרַנְּנוּ Jeran-né-nu] *Cantabunt*, Targ. יְשַׁבְּחוּן *laudabunt.* A רָנַן in Pihel רִנֵּן *vociferatus eſt, exclamavit præ lætitia, ovavit, cantavit.* Futur. Pih. quod in Pſalm. flectitur ſic: אֲרַנֵּן *cantabo*, וַאֲרַנֵּן *et cantabo miſericordiam tuam*, Pſal. 59. 17. Targ. וְאֵבוּעַ *et prædicabo.* תְּרַנֵּן *cantabit lingua mea*, Pſal. 51. 16. נְרַנְּנָה *cantabimus*, cum ה parag. וְנְרַנְּנָה *et cantabimus* יְרַנְּנוּ *cantabunt*, et in pauſa, converſo (:) in (··) R. 132. יְרַנְּנוּ Pſ. 89. 13. וְיְרַנְּנוּ *et cantabunt*, Pſal. 67. 5. ubi (:) ſub (ו) tollitur, ob præcedens (·) R. 8. תְּרַנֵּנָה *cantabunt labia mea*, Pſal. 71. 23. pro תְּרַנְּנָה ubi tertia radicalis נ ante ſyllabam afformativam נָה, excidit, R. 73.

276 וְתָסֵךְ Vetha-léch] *Et operies* (ſuper eos) Targ. וְתִסְתַּלַּל עֲלֵיהוֹן *et obumbrabis ſuper eos.* LXX. καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς *et habitabis in eis*, ſignificatione deſumptâ à סֹךְ *tabernaculum, habitaculum.* A סָכַךְ *operuit, texit*, ita ut tegumentum à re contecta diviſum ſit. In Hiph. ſyncopatâ mediâ radicali R. 70. הִסֵּךְ *cooperire fecit, protexit.* Unde in ſecunda perſ. Futuri, וְתָסֵךְ Et in tertia, יָסֵךְ לָךְ *protegette*, Pſal. 91. 4. ubi propter vicinitatem alterius accentus in לָךְ (··) in voce יָסֵךְ tranſit in (·) R 127.

277 וְיַעְלְצוּ Veja-letsú] *Et exultabunt (in te.* Targ. *in verbo tuo.)* A עָלַץ *lætatus fuit, exultavit,* Fut. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: וְאַעְלָצָה *et exultabo,* Psal. 9. 3. pro אֶעְלֹצָה ex אַעְלוֹץ ubi (ו) ob sequens (:) amittit suum (:) R. 15. Sic in tertia plur. יַעְלְצוּ *exultabunt,* Psal. 25. 2. Targ. יִתּוּן *gaudebunt,* pro יַעְלְצוּ ubi (ו) amittit suum (:) Et וְיַעְלְצוּ *& lætabuntur,* ubi (ו) amittit suum (-) & transit in (:) R. 15.

278 אֹהֲבֵי O-habhé] *Amatores.* Ab אָהַב vel אָהֵב *amavit, dilexit.* Benoni Kal, אֹהֵב *diligens,* Psal. 33. 5. וְאֹהֵב *& diligentem violentiam,* Ps. 11. 5. In plur. mutato (..) in (-) R. 117. אֹהֲבִים unde in Regim. אֹהֲבֵי *diligentes salutem tuam,* Psal. 40. 18. וְאֹהֲבֵי *& diligentes nomen ejus,* Psal. 69. 37. לְאֹהֲבֵי *diligentium nomen tutum,* Ps. 119. 132. Cum Affix. אֹהֲבַי *diligẽtes me,* אֹהֲבֶיךָ *te,* אֹהֲבָיו *eum.*

279 שְׁמֶךָ Shemé-cha] *Nominis tui.* שֵׁם *nomen,* genere masc. (fortè ex Syriac. ܫܡܐ שָׁמָה *nominavit.*) Cum Præf. בְּשֵׁם *in nomine,* וּבְשֵׁם *& in nomine,* לְשֵׁם *ad nomen.* Perpetuò cum Affixis mutat (..) in (:) R. 117. n. 2. ita tamen ut sequente alio (:) prius migret in (ׁ) R. 6. fitque שְׁמִי *nomen meum,* שְׁמֶךָ וּבְשֵׁמִי *& in nomine meo,* שִׁמְךָ *nomen tuum,* (& in pausa, שְׁמֶךָ) וְשִׁמְךָ *& nomen tuum,* כְּשִׁמְךָ *secundùm nomen tuum,* לְשִׁמְךָ (& in pausa לְשֶׁמְךָ) *nomini tuo,* וּלְשִׁמְךָ *& nomini tuo,* בְּשִׁמְךָ *in nomine tuo,* וּבְשִׁמְךָ *& in nomine tuo.* שְׁמוֹ *nomen ejus,* לְשִׁמּוֹ *nomini ejus,* בְּשִׁמּוֹ *in nomine ejus.* שְׁמָם *nomen eorum.* In plurali ex forma fœmin. facit שֵׁמוֹת *nomina.* Cum Affix. mutato (..) in (:) שְׁמוֹתָם *nomina eorũ,* בִּשְׁמוֹתָם *nominibus suis,* Ps. 49. 12.

Vers. 13.

280 תְּבָרֵךְ Tebha-réch] *Maximè benedices.* A בָּרַךְ in Pih. בֵּרַךְ vel בֵּרֵךְ *benedixit, felicia precatus est, optima in aliquem verbo vel reipsâ contulit, dona, munera dedit.* Cum Deo tribuitur, *Deus benedicens nobis est,* cum bona & dona sua largitur et cumulatè tribuit nobis. *Deus benedictus à nobis* est, cum nos dona ejus agnoscimus, eúmque pro bonis in nos collatis laudamus tantùm & extollimus. Secunda pers. Fut. Pih. תְּבָרֵךְ pro תְּבָרֵכִ ubi exclusum dagesh, compensatur per (ִ) R. 19. Cætera quæ hîc desunt, vide infrà, Num. 672.

281 כַּצִּנָּה Cats-tsin-ná] *Tanquam scuto,* Targ. הֵיךְ תְּרִיסָא *velut clypeo.* Ab inusitato צָנַן Nom. fœmin. צִנָּה *spina,* in qua significatione rarum est, sæpius *scutum, clypeus,* quod hujusmodi clypei cuspidem habuerint in medio ad instar spinæ per acutam. *Apprehende* מָגֵן וְצִנָּה *clypeum et scutum,* Psal. 35. 2. Targ. וַעֲנִיל *et scutum rotundum.* Cum כ similitudinis excluso ה Emphat. כַּצִּנָּה *tanquam ipso scuto.*

282 רָצוֹן Ra-tsón] *Benevolentiâ.* Targ. טָבָא רַעֲוָא *voluntate bonâ.* LXX. ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας *ut scuto bonæ voluntatis.* A רָצָה *benevolus fuit, placuit, complacuit.* Nom. Masc. Heemanth. רָצוֹן *voluntas, benevolentia, complacentia, favor,* notatur affectus animi in aliquid. *Satians omne vivum* רָצוֹן *benevolentiâ,* Psal. 145. 16. vel *ad placitum,* scil. cujuslibet viventis, juxta desiderium et appetitum ejus. לְרָצוֹן *in beneplacitum,* Psal. 19. 15. In Regim. & cum Affixis, mutato (ָ) in (:) R. 114. fit רְצוֹן *beneplacitum timentium eum,* Psal. 145. 19. בִּרְצוֹן

in

in beneplacito populi tui, Pſal. 106. 4. *Ad faciendum* רְצוֹנְךָ *voluntatem tuam*, Pſ. 40. 9. בִּרְצוֹנֶךָ (& in pauſa) וּבִרְצוֹנֶךָ) *in voluntate tuâ*, וּבִרְצוֹנְךָ *et in beneplacito tuo.* רְצוֹנוֹ (facientes) *beneplacitum ejus*, Pſal. 103. 21. בִּרְצוֹנוֹ *in benevolentia ejus.*

283 תַּעְטְרֶנּוּ Ta-teren-nú] *Coronabis eum.* A עָטַר *coronavit*, in modum coronæ circumdedit. Fut. Kal, quod in Pſalmis legitur h. l. tantùm pro תַּעֲטֹר ubi ob affixum, ו tranſit in (:) R. 119. & (-) amittit ſuum vocalem (-) R. 15.

PSALMVS VI.

284 עַל הַשְּׁמִינִית yal haſh-ſheminíth] *ſuper inſtrumento octo chordarum.* Targ. עַל כִּנָּרָא דִתְמַנְיָא נִימִין *ſuper citharam octo chordarum*, LXX. ὑπὲρ τῆς ὀγδόης *pro octava.* A שְׁמֹנֶה Nom. numerale ordinale, fœminini generis שְׁמִינִית *octava*; ter accipitur ſubſtantivè pro inſtrumento muſico 8 chordarum, h. l. & Pſ. 12. 1. & 1 Chron. 15. 21.

Verſ. 2.

285 תוֹכִיחֵנִי Tho-chi-hhé-ni] *Redarguas me.* A יָכַח in Hiph. mutando (ו) in ו R. 57. הוֹכִיחַ *arguit, redargnit, diſputando contendit*, palam coram teſtibus *reprehendit*, *increpavit.* Fut. Hiph. quod in Pſalm. flectitur ſic: אוֹכִיחֲךָ *arguam te*, Pſal. 50. 21. & in pauſa אוֹכִיחֲךָ verſ. 8. תוֹכִיחֵנִי *corripies me*, Pſal. 38. 2. יוֹכִיחַ *reprehendet*, Pſal. 49. 10. & contractè וַיּוֹכַח *& reprehendit*, Pſal. 105. 14. cum ו converſivo וַיּוֹכִיחֵנִי *& corripiet me*, Pſal. 141. 5.

286 בְּחֲמָתְךָ Ba-hhama-thecá] *In furore tuo.* A יָחַם *incaluit*, Nom. fœmin. חֲמָה *æſtus, excandeſcentia, furor*, q. calor maximus, ardor. Eodem planè modo formatur, ut עֲצָה ſuprà Num. 6. Cum Præfixo, בְּחֲמָה *in furore.* In Regim. חֲמַת *furor hominis*, Pſal. 76. 11. Cum Affixis, חֲמָתְךָ & in pauſa, חֲמָתֶךָ *furor tuus*, בַּחֲמָתְךָ *in æſtu tuo*, וּבַחֲמָתְךָ *& in furore tuo*, חֲמָתוֹ *furor ejus.* In plurali, *Reliquias* חֲמוֹת *furorum*, Pſal. 76. 11.

287 תְיַסְּרֵנִי Thejaſ-ſeré-ni.] *Corripias me.* A יָסַר in Pihel, יִסֵּר *caſtigavit, corripuit*, dicitur de reali correptione, vel ſaltem de acriori reprehenſione: Fut. Pih. quod in Pſalmis flectitur in ſecunda perſ. tantùm cum Affixis, תְיַסְּרֵנִי *caſtiges me*, Pſal. 38. 2. *Beatus ille vir* אַשְׁרֵי תְיַסְּרֶנּוּ *quem caſtigabis eum*, Pſal. 94. 12. (pleonaſmus ut ſuprà Num. 39.) ex תְיַסֵּר ubi ob Affixum (..) tranſit in (:) R. 117.

Verſ. 3.

288 אֻמְלַל Um-lál] *Languidus ego ſum.* Targ. מִטּוּל דִתְחַלַּשׁ אֲנָא *quoniam debilis ego ſum.* Ab אָמַל *infirmus, debilis fuit.* Nom. maſc. ex conjugat. Pyhal deductum, אֻמְלָל *infirmus, agrotus, imbecillis*, quod legitur ſemel in Bibliis, Eſa. 16. 8. duplicato ל loco dageſh, pro אֻמָּל unde hoc loco אֻמְלַל rectiùs etiam ſcriberetur cum (-) quàm cum (-)

289 רְפָאֵנִי Repha-é-ni] *Sana me.* A רָפָא *ſanavit, dolorem mitigavit, curavit, priſtinæ bonitati reſtituit.* Imper. Kal, qui in Pſalmis flectitur ſic: רְפָה *ſana fracturas ejus* ſc. terræ, Pſ. 60. 4. i. e. ad priſtinum ſtatum reſtitue eam, pro רְפָא cum ה loco א,

Et

Et cum ה paragogico, רְפָאָה *ſana animam meam*, Pſal. 41. 5. i. e. remitte peccata, peccatum enim vulnus animæ. Cum Affixo, רְפָאֵנִי *ſana me.*

290 נִבְהֲלוּ Nibh-halú] *Conturbata ſunt.* Targ. אִתְבְּהִילוּ *obſtupuerunt.* A בָּהַל in Niph. נִבְהַל *ſubitò motus fuit* corpore vel animo, *territus, perculſus, turbatus fuit:* cum motu importat celeritatem. In præterito Niph. flectitur ſic, נִבְהָלָה *conturbata eſt*, verſ. 4. נִבְהֲלוּ *territi ſunt*, Pſal. 48. 6. נִבְהָלְנוּ *conturbati ſumus*, Pſal. 90. 7. Cum (ֶ) ob accentum ſylluk. In particip. *Fui* נִבְהָל *conſternatus*, Pſal. 30. 8. In Futuro, וְיִבָּהֲלוּ *& conturbabuntur.* Infrà verſ. 11.

291 עַצְמִי ע atſa-mái] *Oſſa mea.* A עָצַם *robuſtus, ſolidus fuit*, Nom. commun. gen. עֶצֶם *robur*, It. *os oſſis*, quòd ſit ſolidum. Cum Affix. mutat utrumque (ֶ) in (ִ) R. 122. & prius (ִ) in (ַ) R. 6. facítque עַצְמִי *os meum.* In plurali, (mutato poſteriori (ִ) in (ֵ) et priori in (ַ) R. 122.) utramque terminationem admittit, עֲצָמִים & עֲצָמוֹת *oſſa.* Cum Affix. עַצְמַי *oſſa mea*, וְעַצְמַי *& oſſa mea*, בְּעַצְמַי *in oſſibus meis.* עַצְמֵינוּ *oſſa noſtra.* In plurali fœminino, in Regim. & cum Affix. mutat (ֹ) in (ִ) R. 114. ideóque (ַ) amittit ſuum (ִ) R. 15. facítque עַצְמוֹת חָנֵף *oſſa obſidentium te*, Pſal. 53. 6. Targ. תְּקוֹף *robur. Omnia* עַצְמוֹתַי *oſſa mea*, Pſal. 35. 10. Targ. אִבְרַי *membra mea.* In pauſa, עַצְמוֹתָי Pſal. 22. 15. וְעַצְמוֹתָי *& oſſa mea*, בְּעַצְמוֹתָי *in oſſa mea*, עַצְמוֹתָיו *oſſa ejus.* בְּעַצְמוֹתָיו *in oſſa ejus.*

Verſ. 4.

292 נִבְהָלָה Nibh-halá] *Conturbata eſt.* vide ſuprà Num. 290.

293 מְאֹד Meódh] *Valdè.* Nom. maſc. מְאֹד *multitudo, copia.* Bis tantùm legitur in Bibliis, Deut. 6. 5. 2 Reg. 23. 24. Aliâs ſemper eſt adverbium intendendi, *valdè, multùm, copioſè. Ne derelinquas me* עַד־מְאֹד *uſque valdè*, Pſal. 119. 8. i. e. quàm maximè, penitùs, in perpetuum, quoad vixero. *Superbi derident me* עַד־מְאֹד *uſque valdè*, verſ. 51. i. e, quàm maximè, admodùm valdè.

294 עַד־מָתַי adh-ma-thái] *Vſque quò.* quamdiu ſcil: finis me affligi. Targ. עַד אֵימָתַי רִיחַ לִי *uſque quò refrigerium mihi*, ſcil. eris. מָתַי eſt particula interrogativa temporis, *quando*, Pſal. 41. 6. מָתַי *quando morietur?* עַד־מָתַי *quouſque fumabis?* Pſal. 80. 5. In pauſa ſcribitur מָתָי cum (ָ)

Verſ. 5.

295 שׁוּבָה Shu-bhá] *Revertere.* A שׁוּב *reverti, redire in locum unde antea diſceſſerat*, conſtructum cum Accuſativo, eſt *reducere, reſtituere.* Imper. Kal, in quo ſecunda radicalis ו quieſcit in ה R. 60. & in Pſalm. flectitur ſic, שׁוּב *revertere*, & cum ה parag. שׁוּבָה & tranſitivè שׁוּבָה *Reduc*, redire fac, *captivitatem noſtrā*, Pſ. 162. 4. In fœm. שׁוּבִי *Revertere anima mea*, Pſal. 116. 7. In plur. שׁוּבוּ *Revertimini filii hominum*, Pſal. 90. 3. ſcil. corpore in pulverem, & ſpiritu ad me.

296 חַלְּצָה Hhal-letſá] *Erue.* Targ. פְּצִי *libera.* A חָלַץ *extraxit, ſpoliavit, eripuit*, ex ærumna, miſeria, periculo *eruit, liberavit.* Imper. Pih. qui in Pſalm. legitur in ſecunda perſ. ſingul. tantùm. חַלְּצָה *libera*, cum ה parag. Et cum Affix. חַלְּצֵנִי *erue me*, Pſal. 140. 2. וְחַלְּצֵנִי *& erue me*, Pſal. 119. 153.

in

in quibus (ֵ) transit in (ֵי) R. 117. ex חֹלֶה

Vers. 6.

297 בַּמָּוֶת Bam-má-veth] *in ipsa morte.* A מָוֶת *mari.* Nom. masc. מָוֶת *mors*, tam naturalis quàm violenta. Cum Præfixis מִמָּוֶת *à morte*, הַמָּוֶת *ipsa mors.* Et excluso ה Emphat. בַּמָּוֶת *in ipsa morte*, לְמָוֶת *ad ipsam mortem*, וְלָמָוֶת *& ad ipsam mortem.* Cum ה parag. posterior vocalis mutatur in (ֵי) R. 124. facítque הַמָּוְתָה *ipsa mors piorum ejus*, Psal. 116. 15. In Regim. & cum Affix. contracto (ֶ) et (ָ) in (ַ) R. 124. fit, מָוֶת *mors rectorum*, לְמוֹתָם *ad mortem eorum*, Psal. 73. 3. בְּמוֹתוֹ *in morte ejus*, Psal. 49. 18.

298 זִכְרֶךָ Zich-ré-cha] *Memoria tui.* A זָכַר *recordatus est.* Nom. masc. זֵכֶר *memoria* tam privata (quæ est recordatio) quàm publica (quæ est monumentum, historia.) לְזֵכֶר *in memoriam.* Cum Affix. mutat (ֵ) penult. in (ֶ) R. 116. & (ֶ) ult. in (ֵי) R. 122. ac ex priori (ֶ) fit (ֵ) R. 6. facítq; זִכְרֶךָ *memoria tui*, וְזִכְרֶךָ *& memoria tui*, זִכְרָם *memoria eorum.*

299 בִּשְׁאוֹל Bish-ól] *In sepulcro*, LXX. ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ *in inferno.* A שָׁאַל *petiit, cupiit.* Nom. gener. com. sed sæpius fœmin. שְׁאוֹל *sepulcrum*, locus ubi mortui sepeliuntur, sic dictus ab insatiabilitate, q. semper efflagitaturus prioribus cadaveribus consumptis. Metaphoricè dicitur *infernus*, quòd semper aliquid inferri cupiat. *Angustiæ inferni invenerunt me*, Psal. 116. 3. i. e. horribilis animi consternatio, ducens ad sepulcrum. Cum Præfix. מִשְּׁאוֹל *ex inferno inferiori*, Psal. 86. 13. i. e. infimo. לִשְׁאוֹל *in sepulcro*, Psal 16. 10. It. *ad infernum*, Ps. 84. 4. בִּשְׁאוֹל *in inferno*, (in quibus ל et ב habent (ִ) ob sequens (ְ) Cum ה *Locali*, R. 102. n. 2. *Revertentur impii* לִשְׁאוֹלָה *ad infernum usque*, Psal. 9. 18.

300 יוֹדֶה לָּךְ Jó-dhel-lách] *Confitebitur tibi.* A יָדָה *jecit, projecit*, in Hiph. הוֹדָה *vocem projecit*, i. e. *liberè fassus, confessus est, laudavit, celebravit.* Futur. Hiph. quod est duplicis anomaliæ, nam (י) mutatur in (ו) R. 57. & ה quiescit in (ֶ) R. 65. facítque אוֹדֶה *celebrabo, confitebor*, וְאוֹדֶה *& celebrabo*, יוֹדֶה *celebrabit*, נוֹדֶה *celebrabimus.* (cætera quæ hîc desunt, vide infrà Num. 875.) Est verò hîc in יוֹדֶה לָּךְ post Maccaph, dagesh dictum *Dachick*, quod has duas dictiones arctiori nexu in unam coarctat. R. 134. n. 1.

Vers. 7.

301 יָגַעְתִּי Ja ghá-thi] *Laboravi.* A יָגַע *laboravit, defatigatus fuit*, prima pers. Præt. Kal, יָגַעְתִּי *defatigatus sum*, Psal. 69. 4.

302 בְּאַנְחָתִי Bean-hha-thí] *In gemitu meo.* Ab אָנַח *gemuit, ingemuit, præ dolore suspiravit*, Nom. fœmin. אַנְחָה *gemitus, suspirium*, cujus Synonyma sunt יְאָבָה & יָגוֹן sed יְאָבָה notat *dolorem de præterito*, יָגוֹן *mœstitiam de futuro*, אַנְחָה *suspirium de præsenti.* Cum præfixo, בְּאַנְחָה *in ipso gemitu*, Psal. 31. 11. excluso ה Emphatico. In Affixione mutat ה in ת, et (ָ) penult. in (ֵ) R. 114. sícque (ַ) transit in (-) simplex. R. 15. fitque, *A voce* אַנְחָתִי *gemitus mei*, Psal. 102. 6. וְאַנְחָתִי *& gemitus meus*, בְּאַנְחָתִי *in gemitu meo.*

303 אַשְׁחֶה Aſ-hhé] *Natare faciã*, Hebraismus,

ismus pro *madefaciam, irrigabo.* A שָׂחָה *natavit, natavit,* Fut. Hiph. אַשְׂחֶה quod h. l. tantùm legitur in tota SS. ubi ה quiescit in (ֵ) R. 65.

304 מִטָּתִי Mit-ta-thí] *Lectum meum.* A נָטָה *extendit, inclinavit.* Nom. fœmin. Heemanthic. מִטָּה *lectus, reclinatorium,* quòd homo dormiens se super illud extendat: (éstque pro מִנְטָה R. 161. n. 4.) Cum Affixo mutato ה in ת fit מִטָּתִי R. 104.

305 בְּדִמְעָתִי Bedhim-ʿa-thí] *In lacryma mea.* A דָּמַע *lacrymatus est,* Nom. fœmin. דִּמְעָה *lacryma. Pavisti nos* לֶחֶם דִּמְעָה *pane lacryma,* Psal. 10.6. Targ. לֶחֶם טְמוּשׁ בִּדְמָעוֹתָא *pane tincto lacrymâ.* בִּדְמָעָה *in lacryma.* Cum Affix. mutato ה in ת fit דִּמְעָתִי *lacryma mea,* בִּדְמָעָתִי *in lacryma mea.* In plurali facit דְּמָעוֹת *ad formam* צְדָקוֹת R. 32. unde בִּדְמָעוֹת *cum lacrymis,* Psal. 80. 6.

306 עַרְשִׂי ʿar-sí] *Spondam meam* עֶרֶשׂ *lectus ex ligno, sponda, grabbatum,* cujus etymon ignoratur, quater tantùm in SS. legitur. Cum Affixo, mutat utrumque (ֶ) in (ִ) R. 122. & prius (ִ) in (-) R. 6. facítque עַרְשִׂי

307 אַמְסֶה Am-sé] *Liquefaciam.* Targ. אַמְשֵׁי *lavabo.* A מָסָה *liquefecit, dissolvit.* Fut. Hiph. quod in Psalm. flectitur sic: אַמְסֶה *dissolvam,* ubi ה quiescit in (ֶ) R. 65. יַמְסֶה Cum affixo excluso ה R. 103. facit וַיַּמְסֵם *& dissolvet eos,* Psal. 147. 18.

Vers. 8.

308 עָשְׁשָׁה מִכַּעַס ʿá-she-shá mic-cá-ʿas] *Corrosus est præ ira oculus meus.* Targ. חֲשִׁיכַת *obscuratus est.* Facies mea similis est vesti à tineis arrosæ præ angore. A עָשַׁשׁ *tineas genuit* propriè, *depastus, corrosus fuit à tinea.* Præt. Kal, quod ter legitur in SS. ídque in Psalm. tantùm. עָשְׁשָׁה *depastus est oculus meus,* h. l. & Ps. 31. 10. עָשְׁשָׁה *consumptus est oculus meus,* Targ. בְּלָאַת *inveteratus est.* Ibid. vers. 11. *Ossa mea* עָשְׁשׁוּ *consumpta sunt,* contabuerunt. Cum (ֵ֑) loco (ִ) ob pausam R. 132.

¶ מִכַּעַס *ab indignatione.* A כָּעַס *indignatus fuit.* Nom. masc. כַּעַס quod sumitur nunc activè, *Irritatio, Provocatio,* nunc passivè, *Indignatio, Ira.* Cum Præfixis, מִכַּעַס *ab* vel *præ indignatione,* בְּכַעַס *in indignatione.* וָכַעַס *& indignatio,* ubi ו cum (ָ) ante vocem dissyllabam penacutam. R. 78. Cum affixo, *Et iram tuam redde* כַּעַסְךָ *iram tuam,* Psal. 85. 5.

309 עָתְקָה בְכָל־צוֹרְרָי ʿá-theká bechol-tso-rerái] *Crassus evasit in omnes adversarios meos,* vel *consenuit,* Targ. אִתְבְּלִיאַת *inveteratus est.* A עָתַק *durus, crassus, densus, robustus fuit,* It. *vetus, antiquus fuit,* quæ enim robusta sunt, durant, ætatem ferunt. Præt. Kal, quod in Psalm. legitur h. l. tantùm.

¶ צוֹרְרָי *Oppressores meos.* A צָרַר *ligavit, vinxit,* metaph. *tribulavit,* q. angustum reddidit, coarctavit. Benoni Kal, quod supplet vicem Nominis, צוֹרֵר *arctans,* i.e. hostis, oppressor, tribulator. Cum Affixo, *Et eripui* צוֹרְרִי *opprimentem me,* Ps. 7. 5. In plurali צוֹרְרִים In Regim. *Omnes* צֹרְרֵי *oppressores animæ meæ,* Psal. 143. 12. Cum Affix. צֹרְרַי in pausa, צֹרְרָי *hostes mei,* צוֹרְרֶיךָ & צֹרְרֶיךָ *hostes tui,* צוֹרְרָיו *hostes ejus.*

Vers. 9.

¶ סוּרוּ Sú-ru] *Recedite.* Vide infrà Num. 1347.

בְּכוֹי ¶

¶ בְּכִי Bich-jí] *fletus mei.* Vide infrà Num.1212.

*Verſ.*10.

¶ תְּחִנָּתִי Tehhin-na-thí] *orationem meam.* Vide infrà Num.1869.

¶ יִקַּח Jik-káhh] *accipiet.* Vide infrà Num.1777.

*Verſ.*11.

¶ יֵבֹשׁוּ Jebhó-ſhu] *Erubeſcent.* Vide infrà Num.1113.

¶ וְיִבָּהֲלוּ Vejib-bá-halú] *& confundentur.* Vide ſuprà Num. 290.

¶ יָשׁוּבוּ Ja-ſhú-bhu] *revertentur.* Vide infrà Num.1041.

¶ רָגַע Rá-ghaʕ] *momento.* LXX. σφόδρα διὰ τάχους *valdè velociter.* Vide infrà Num. 1210.

PSALMVS VII.

¶ Inſcriptio hujus Pſalmi eſt, שִׁגָּיוֹן לְדָוִד Shig-ga-jón ledha-vídh] *Ode erratica Davidis,* i.e. varia, quæ omnibus rationibus muſicæ decantabatur ſimul. LXX. ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ *Pſalmus Davidi,* Targ. תֻּרגְמָא דְאוֹרַיְתָא לְדָוִד *Interpretatio Legis Davidis.* A שָׁגָה *erravit, ignoravit, per ignorantiam peccavit,* fit שִׁגָּיוֹן quid propriè ſignificet, incertum. Legitur in tota SS. h.l. tantùm & Hab.3.1. in plurali. Aliis eſt *ſpecies carminis,* aliis *Cantio erratica,* ut jam dictum. Marino, *Error Davidis quem cecinit,* &c. quaſi in hoc Pſalmo contineretur curarum Davidis ſumma, ob quarum intentam cogitationem, fatuus penè creditus eſt. Nec hæc interpretatio diſplicet, idem enim etiam Chaldæum ſenſiſſe puto. Habbakuk uſus eſt in plur. fœmin. *Oratio Habbakuk propheta ſuper* שְׁגִיוֹנוֹת *erroribus,* h. e. ſuper quibuſdam curis maximis, de quibus agitur in tota illa oratione.

¶ שָׁר Shár] *cecinit.* Vide infrà Num.2168.

310 דִּבְרֵי Dibh-ré] (ſuper) *verba,* vel *ad factum.* Nom. maſc. דָּבָר *verbum, ſermo, rei geſta narratio, res ipſa, factum, negotium, cauſa.* לְדָבָר *ad verbum.* In Regim. mutat prius (ָ) in (ֵ) R.114. & poſterius in (־) R.115. facítque עַל דְּבַר *ſuper rem gloriæ nominis tui,* Pſ.79.9. Targ. מִשּׁוּל *propter gloriam.* בִּדְבַר *in Verbo Iehova,* Pſ.33. 6. Cum Affix. & numero plur. corripit (ָ) prius in (ְ) fitque דְּבָרְךָ *verbum tuum,* כִּדְבָרְךָ *ſecundùm verbum tuum,* בִּדְבָרְךָ *in verbo tuo,* לִדְבָרְךָ *verbo tuo,* וּמִדְּבָרֶיךָ *& à verbo tuo,* Pſal. 119. 161. cum (ו) redundante, דְּבָרוֹ *verbum ejus,* לִדְבָרוֹ *verbo ejus,* וְלִדְבָרוֹ *& in verbo ejus.* In plur. דְּבָרִים *verba.* In Regim. mutato (ָ) in (ֵ) R.114. ex priori (ְ) fit (ַ) R 6. facítque דִּבְרֵי *verba cantici,* Pſ.18 1. וְדִבְרֵי *& verba odii,* Pſ.109.3. Cum Affix. דִּבְרַי *verba mea,* דִּבְרֶיךָ *tua,* דִּבְרָיו *ejus,* בִּדְבָרָיו *verbis ejus.*

311 כּוּשׁ Chuſh] Nomen proprium viri, Gen. 10.6. qui Arabibus Æthiopibúſque nomen dedit: unde Æthiopia *Chuſh* dicta, 2 Reg.19.9. Hic autem hoc ſcommate perſtringitur Saul filius קִישׁ cujus cor nunquam mutatum fuit ab odio Davidis, perinde ac Æthiops pellem mutare nequit.

312 בֶּן־יְמִינִי Ben-jemi-ni] *filii Jemini.* Targ. עַל־תְּבִירָא דְשָׁאוּל בַּר קִישׁ דְּמִשְׁבְּטָא דִבְנְיָמִין *Super interitu Saulis filii Kis, qui erat de tribu Binjamin.* יְמִינִי nomen gentile patronymicum ex Benjamin. q. *Jeminæus.*

Vers. 2.

313 בְּךָ חָסִיתִי Becha hhâ-sí-thi] *in te sperâvi.* Targ. *In verbo tuo sperâvi.* A חָסָה suprà Num. 120. Præt. Kal, quod cum ו Conversivo R. 79. facit וְחָסָה *& sperabit*, Ps. 64. 11. In prima pers. mutato ה in (י) R. 66. חָסִיתִי *confidi*, Ps. 11. 1. pro חָסִיתִי In plur. abjecto ה, R. 66. חָסוּ *sperârunt*, Ps 37. 40. pro חָסוּהוּ 314 רוֹדְפַי Ro-dhephâj] *persequentibus me.* A רָדַף *secutus, prosecutus, persecutus est*, de quacunque sectatione dicitur, sive in bonum sive in malum. Benoni Kal, רוֹדֵף Cum Affix. mutato (ֵ) in (ַ) R. 117. fit רוֹדְפָם *persequens eos*, Ps. 35. 6. Et sic in plur. רוֹדְפִים In Regim. רֹדְפֵי *persecutores sceleris*, Ps. 119. 150. Cum Affix. רֹדְפַי *persequentes me*, מֵרֹדְפַי *in persequentibus me*, Ps. 142. 7. (ubi מ cum (ְ) ob indagesh abilem, R. 74.) וּמֵרֹדְפַי *& à persequentibus me.* בְּרֹדְפַי *in persequentes me.*

315 וְהַצִּילֵנִי Vehats-tsí-lé-ni] *& eripe me.* A נָצַל in Hiph. compensato נ per dagesh, R. 69. הִצִּיל *rapuit, eripuit, liberavit.* dicitur de eroptione quæ fit servandi causâ, rariùs de simplici ablatione. Imperativ. Hiph. qui flectitur in Psalmis sic: הַצִּילָה *eripe.* Ps. 22. 21. cum ה parag. Cum Affix. הַצִּילֵנִי *libera me.* וְהַצִּילֵנִי *& libera me.* In plur. הַצִּילוּ *eripite.* Ps 82. 4.

Vers. 3.

316 יִטְרֹף Jit-rôph] *rapiat*, Targ. יִתְבַּר *conterat.* A טָרַף *rapuit, carpsit, dentibus dilaceravit*, propriè dicitur de feris. Fut. Kal, quod in Psalm. flectitur sic: אֶטְרֹף *rapiam*, Psal. 50. 22. יִטְרֹף *rapiet.*

317 כְּאַרְיֵה Kear-jé] *sicut leo.* Ab אָרַף *discerpsit*, Nom. masc. אַרְיֵה *leo grandior*, qui jam prædam carpit & discerpit. *Salva me ab ore* אַרְיֵה *leonis*, Ps. 22. 14. Cum כ similitudinis, כְּאַרְיֵה *sicut leo*, Ps. 10. 9.

318 פֹּרֵק Po-rék] *rumpens.* A פָּרַק *rupit, abrupit, laceravit, cutem à carne avulsit.* Benoni Kal.

319 מַצִּיל Mats-tsíl] (& non) *liberans.* A נָצַל suprà Num. 315. Particip. Hiph. מַצִּיל *liberator, liberans*, Ps. 35. 10. pro מַנְצִיל compensato נ per dagesh. R. 69.

Vers. 4.

320 עָשִׂיתִי ya-sí-thi] *feci.* A עָשָׂה *fecit*, Præt. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: עָשִׂתָ *fecit*, quiescente ת in (ְ) R. 65. עָשִׂיתָ *feci sti*, Ps. 9. 5. mutato ת in (ה) quiescens, R. 66. עָשִׂיתָה *feci sti hoc*, Ps. 109. 27. ubi (ob Affix. ה) (ָ) sub ת ne duæ vocales concurrant, ejicitur, R. 97. & (ָ) sub ע mutatur in (ַ) R. 114.) עָשִׂיתִי *feci.* Ps. 51. 6.

321 זֹאת Zóth] *hoc.* Pronom. Demonstrativ. fœmin. gen. זֹאת *hæc, ista*, supplet vicem Neutri, (quo Hebræi carent) *hoc, istud.* Cum Præfix. לָזֹאת *istius inquam.* Ps. 18. 1. בְּזֹאת *in hoc*, Ps. 27. 3.

322 יֵשׁ Jesh] *est.* Ab inusitato יָשַׁשׁ Verbum irregulare, omnis generis & personæ, *Est, Sunt.* Ad Maccaph, scribitur cum (ַ) R. 134. יֵשׁ *sunt*, Ps. 58. 12. Cum Præfix. וְיֵשׁ *& est*, Ps. 73. 11. Cum ה Interrogativo, R. 77. הֲיֵשׁ *an est?* Ps. 14. 2.

323 עָוֶל yá-vel] *iniquitas*, Targ. שְׁלוּמָא *injuria.* A עָוַל *iniquus fuit*, Nom. masc. sine plur. עָוֶל *iniquitas, perversitas*, omne malum contra jus, Ps. 53. 2. Et in forma fœmin. עָוְלָה *In facientes* עָוְלָה *iniquitatem*, Ps. 37. 1. *A viro doli*

doli עַוְלָה *& iniquitatis*, Pſ.43.1. i.e. doloſo & iniquo. Et ad majorem auxeſin, cum utroque ſigno fœminino ה & ת, R.27. עַוְלָתָה *omnimoda iniquitas. Et non in Jehova* בַּיהוָה עַוְלָתָה *nulla prorſus iniquitas in eo*, Pſ.92.16. *Ne immittant* בְּעַוְלָתָה *in ſummam iniquitatem manus ſuas*, Pſ.125.3.

324 בְּכַפָּי Bechap-páj] *in volis meis.* A כָּפַף *incurvavit*, Nom. fœm. כַּף *concavitas, curvitas cujuſlibet rei, vola* manus vel pedis. In pauſa, כָּף *vola*, Pſ.98.8. Cum Præfix. מִכַּף *è vola.* In affixione & Duali numero, aſſumit dageſh, ad compenſandum defectum literæ abſentis, R.125. facítque בְּכַפִּי *in vola mea*, כַּפֶּךָ *manum tuam*, Pſ.139. 5. cum ה paragog. כַּפָּה *volam ſuam*, Pſ.129.7. In Duali, *Innocens* כַּפַּיִם 328 *volis*, Pſ.24.4. Cum Affix. *Et elevabo* כַּפַּי *manus meas*, Pſ.119.48. In pauſa, *Lavabo in innocentia* כַּפָּי *manus meas*, Pſ.26.26. בְּכַפֵּינוּ *in volis meis.* כַּפֵּנוּ *volæ noſtræ.* כַּפֶּיךָ *volarum tuarum*, Pſ. 128.2. *Et in prudentia* כַּפָּיו *manuum ſuarum ducet eos*, Pſ.78.72. allufio ad paſtores, qui gubernant gregem baculo manus ſuæ.

Verſ. 5.

325 גְּמַלְתִּי Ga-mál-ti] *retribui.* A גָּמַל *rependit, retribuit, bonum vel malum retulit*, Præt. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: גָּמַל *Retribuit ſuper me*, Pſ.13.6. *Retribuit ſuper te*, Pſ.116. 7. Targ. גְּמַל טוֹבָה *retribuit bonum.* LXX. ἐνηργέτησας, *benefecit.* גְּמַלְתָּם *quæ retribuiſti*, fœm. Pſ.137.8. cum ש Relativo, R.75. גְּמָלַתְנִי *malum intuli.*

326 שְׁלֹמִי Sho-lemí] *pacifico meo*, i.e. pacem colenti mecum. Targ. לְבַעַל שְׁלָמִי *autori pacis meæ.* A שָׁלֵם *pacificus fuit, pacem habuit*, vel *coluit*, Ben. Kal, quod legitur h.l. tantum, cum Affixo.

327 וָאֲחַלְּצָה Va-alhal-tsá] *ſed liberavi* vel *& ſpoliavi* affligentem me. Targ. וְרָחַקְתִּי מְעִיקַי *& afflixi eos qui me angebant.* A חָלַץ ſuprà Num. 296. Fut. Pihel, quod in Pſalm. flectitur ſic: אֲחַלְּצֵךְ cum ה parag. mutato (-) in (:) R.117. וְאַחַלְּצָה (ubi ו Converſiv. cum (·) ante א, R.79.) Et ſic cum Affixis, וְאַחַלְּצֶךָּ *& liberavi te*, Pſal. 81.8. אֲחַלְּצֶךָּ *liberabo te*, Pſal.50. 15. (ubi prius (:) in medio tranſit in (·) R.6. אַחַלְּצֵהוּ *liberabo eum*, Pſal.91. 15. יְחַלְּצֵנִי *liberabit me*, Pſal. 18. 20. וַיְחַלְּצֵם *& liberavit eos*, Pſ.34. 8. ubi ex (:) dageſh tollitur, R.20 quod ו Converſiv. imprimere debuit. R.79.

328 רִיקָם Re-kám] *gratis.* A רִיק ſuprà Num.54. fit רִיקָם *gratis, fruſtra, ſine cauſa, immeritò.* Pſ.25.3. ubi ם Hebraicum format adverbium, R.23.

Verſ. 6.

329 יְרַדְּ Ji-rad-dóph] *Perſequetur, & alios ad perſequendum incitabit.* Futur. compoſitum ex Kal & Pihel, à רָדַף ſuprà Num. 314. In Kal, formatur ſic: אֶרְדֹּף *perſequar*, Pſal. 18. 38. תִּרְדְּפֵם *perſequeris eos*, Pſ.83.16. (ubi ob Aff. ו tranſit in (:) R.117.) וַיִּרְדֹּף *& perſequutus eſt*, Pſ.109.16. (cum ו Converſ. Futuri, R.79.) In plur. יִרְדְּפוּנִי *proſequentur me.* Pſ 23.6. In tertia ſingul. perſona Kal, יִרְדֹּף *perſequetur*; in tertia ſing. Pihel, יְרַדֵּף *ad perſequendum inſtigabit*: ex utroque conflatum יְרַדְּף LXX. κατὰ δίκας διώξει *perſequatur meritò.*

330 וְיַשֵּׂג Vejaſ-ſégh] *& aſſequetur.* A נָשַׂג in Hiph. commutato ו in dageſh, R.69. וְהִשִּׂיג *attigit, apprehendit, aſſecutus eſt.* Futur. Hiph quod cum Affixis

fixis gestat (ֽ) sine eis. (ֽ) וְאַשִּׂגֵם *& assequar eos*, Ps.18.38. וְיַשִּׂגֵם *assequetur eos*. Ps.69.25. וְיַשִּׂגֵם *& apprehendet.*

331 וְיִרְמֹס Vejir-mós] *& conculcabit.* Targ. וְיִכְבֹּשׁ *& subiget.* A רָמַס *calcavit, conculcavit.* Put. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: תִּרְמֹס *calcabis*, Ps.91.13. וְיִרְמֹס *& calcabit.*

332 לָאָרֶץ La-á-rets] *in ipsam terram.* אֶרֶץ *terra*, centrum cœli. Suprà Num. 57. Et quia terra est humili loco sita, ideo locus infimus vocatur terra. Ps. 138.15. *In inferioribus* אֶרֶץ *terra*, i.e. in utero, loco infimo. Cum Præfix. *Cœli* וָאָרֶץ *& terra*, Ps.69.35. ubi ו gestat (ֽ) ante accentum Athnach. R. 78. כָּאָרֶץ *sicut terra*, בָּאָרֶץ *in terra.* Cum ה Emphat. הָאָרֶץ *ipsa terra*, & excluso ה Emphatico à literis כלב R.81. לָאָרֶץ *ipsius terra*, Psal.12.7. בָּאָרֶץ *in ipsa terra*, וּבָאָרֶץ *& in ipsa terra.*

333 חַיַּי Hhaj-jáj] *vitam meam.* Kimchi genuinam ejus radicem ait esse חָיַי (idem quod חָיָה) *vixit*, quod unicum saltem verbum apud Hebræos habet tertiam literam radical. (ַי) Nom.masc. per Syncopen חַי *vivens, vivum.* Ps. 18.47. חַי יְהוָה *vivens est Jehova*: & in pausâ cum (ֽ) לְאֵל חָי *ad Deum viventem.* Ps.42.3. In plur. ad compensandum defectum secundæ radical. assumit dagesh, R.125. חַיִּים *viventes, vivi.* Ps.38.20. *Et inimici mei* חַיִּים *viventes.* Ps.124.3. *Tunc* חַיִּים *vivos deglutivissent nos.* Cum ה Emphat. *In luce* הַחַיִּים *ipsorum viventium.* Ps.56. 14. Aliâs substantivè חַיִּים *vita*, plures complectens annos aut gradus; estque plurale tantùm. Ps. 16.11. *Semitam* חַיִּים *vitæ.* Cum Præfix. מֵחַיִּים *præ vita*, Ps.63.4. בַּחַיִּים *in hac vita*, Ps.17. 14. excluso ה Emphat. Cum Affix. *Omnibus diebus* חַיַּי *vitæ meæ.* Ps.23.6. וְחַיַּי *& vita mea*, בְּחַיַּי *in vita mea. Omnibus diebus* חַיֶּיךָ *vitæ tuæ.* Psal. 128.5. *Qui redimit è fovea* חַיֶּיכִי *vitam tuam.* Ps.103.4. ubi ך ffix. fœmin. Syro-Chald. כִּי pro Hebr. יְ. R.146. & (ֽ) ob pausam. בְּחַיָּיו *in vita ejus*, Ps.49.19.

334 לֶעָפָר Le-ya-phár] *in ipso pulvere.* Nom.masc.cum plur. fœmin. עָפָר *pulvis*; terra humore destituta & arida, ac in minutissimas partes dissoluta, quæ Latin. dicitur *pulvis* à pellendo, quòd ventorum impetu pellatur. *Omnes descendentes* עָפָר *in pulverem*, Ps.22.30. calamitosam vitæ conditionem significat. *An celebrabit te* עָפָר *pulvis?* Ps. 30.10. i.e. homo in pulverem redactus. *Et inimici ejus* עָפָר *pulverem lingent*, Psal.72.9. notatur summa demissio, i.e. adeò demittent capita sua in terram, ut videantur pulverem lingere. Cum Præfix. *Erigens* מֵעָפָר *ex pulvere tenuem*, Ps.113.7. i.e. ex infima & vilissima sorte ac conditione, sicut pulvis vilissima terræ pars. כְּעָפָר *sicut pulverem à facie venti*, Ps.18.43. Cum ה Emphat. facit הֶעָפָר cum (ֽ) ante guttural. Kametsatam R.76. unde excluso ה Emphat. R.81. *Et pluit super eos* כֶּעָפָר *sicut ipsum pulverem, carnem* Ps.78.27. i.e. innumerabilem, sicut pulvis numero caret. *Incurvata est* לֶעָפָר *ad pulverem ipsum anima nostra*, Ps.44.27. notat ærumnosam demissionem & fractum animum. In Regim. converso priori (ַ) in (ֶ) R. 114. & posteriori (ָ) in (ַ) R.115. fit וְלֶעָפָר *& in pulvere mortis collocabis me*, Ps.22.16. Cum Affix. mutato priori (ַ) in (ֶ) facit עֲפָרֵהּ *pulverem ejus*, Ps.102.15. עֲפָרָם *pulverem eorum*, Ps.104.29.

335 יַשְׁכֵּן Jash-ken] *habitare faciet.* A

שָׁכַן *habitavit, mansit,* in Hiph. הִשְׁכִּין *habitare, manere fecit, collocavit.* Fut. Hiph. quod in Psalm. flectitur in tertia pers. singul. tantùm, יַשְׁכֵּן *faciet ut habitem,* וַיַּשְׁכֵּן *& habitare fecit,* Psal. 78. 55. cum ו Convers. Futuri, R. 79.

Vers. 7.

336 הִנָּשֵׂא Hin-na-sé] *Elevare,* i.e. *eleva te.* A נָשָׂא *tulit, elevavit,* Imperativ. Niph. qui habet significationem reciprocam, הִנָּשֵׂא *extolle te,* Ps. 94. 2. In plur. וְהִנָּשְׂאוּ *& attollite vos,* Psal. 24. 7.

337 בְּעַבְרוֹת Beyabh-róth] *in furoribus.* A עָבַר *transiit.* Nom. fœm. עֶבְרָה *ira* in alium hominem q. transiens, *furor* ignis more pervadens. Cum Affix. mutato ה in ת R. 104. עֶבְרָתְךָ (sic) *furor tuus,* Ps. 90. 11. בְּעַבְרָתֶךָ *in excandescentia tua,* Ps 90 9. In plurali ad formam צְדָקוֹת fit עַבְרוֹת R. 32. In Regim. correpto (ֶ) in (ְ) R. 114 (ֵ) amittit suum (ְ) R. 15. fitque בְּעַבְרוֹת LXX. ἐν τοῖς πέρασι *in finibus inimicorum tuorum.* ex significatione עֲבָרִים *termini, latera, fines.*

338 וְעוּרָה Veyu-rá] *& evigila ad me,* vel *Excita mihi judicium* (quod) *mandasti.* Targ. וְסַרְהֵב לִי דִּינָא *& accelera mihi judicium.* A עוּר *evigilare, expergisci,* & transitivè, *excitare.* Imperativ. Kal, עוּרָה *evigila,* Psal. 44. 24. ut suprà קוּמָה Num. 158.

339 צִוִּיתָ Tsiv-ví-tha] *præcepisti.* A צָוָה in Pih. צִוָּה *jussit, mandavit, præcepit.* In tertia pers. masc. Præteriti, ה quiescit in (ִ) R. 65. הוּא צִוָּה *ipse mandavit,* Psal. 33. 9. In secunda, ה mutatur in (ִ) quiesc. R. 66. צִוִּיתָ *mandasti,* & cum ה paragog. צִוִּיתָה Psalm. 119. 4. pro צִוָּה

Vers. 8.

340 תְּסוֹבְבֶךָ Teso-bhebhéc-ca] *Circumdabit te.* A סָבַב *circumivit, circumdedit,* in Pohel mutato dagesh in (ִ) R. 45. סוֹבֵב *circumvertit, circumaedit,* Fut. Pohel quod in Psalmis flectitur sic: וַאֲסוֹבְבָה *& circumdabo,* Ps. 26. 6. mutato (ֲ ֲ) in (ָ) R. 117. ob ה paragogic. Et sic cum Affix. תְּסוֹבְבֵנִי *circumdabis me,* Psal. 32. 7. יְסוֹבְבֵנוּ *circumdabit eum,* Ps. 32. 10. תְּסוֹבְבֶךָּ *circumibit te,* pro תְּסוֹבְבִיךָ ubi in Affixo ךָ est dagesh propter exclusum י Epentheticum, R. 100. וַיְסוֹבְבוּ *& circumibunt,* Psal. 59. 6. ubi (ָ) sub (ו) tollitur ob præcedens (ֹ) R. 8. יְסוֹבְבָהּ *circumdabunt eam,* Psal. 55. 11. cum (ֹ) loco ו R. 107.

341 לַמָּרוֹם Lam-ma-róm] *In altum.* Targ. לְבֵית שְׁכִינָתְךָ *in domum majestatis tuæ.* A רוּם *altum, sublime, excelsum esse,* Nom. Masc. Heemanthic. מָרוֹם *excelsum, altum, sublimes, altitudo,* & adjectivè, *excelsus, sublimis,* Psal. 10. 5. מָרוֹם *altitudo sunt judicia tua,* Ps. 56. 4. *Inferunt mihi bellum* מְרוֹמֵי *ô Excelse.* Targ. אֱלָהָא דִי בֵרְסֵהּ בְּמֵרוֹמָא *ô Deus, cujus thronus est in excelso.* LXX. ἀπὸ ὑψους *ab altitudine* (fortè legerunt מָרוֹם *ab altitudine*) Ps. 71. 19. *Justitia tua* עַד־מָרוֹם *usq; ad excelsum,* Targ. שְׁמֵי מְרוֹמָא *cœlos altitudinis.* Cum Præfix. *Mittet* מִמָּרוֹם *ex alto,* Psal. 18. 17. i. e. ex cœlo. *Ascendisti* לַמָּרוֹם *in ipsam altitudinem,* Psal 68. 19. excluso ה Emphat. *Potens* בַּמָּרוֹם *in ipso excelso Jehova,* Psal. 93. 4. i. e. in ipsis cœlis. In Regim. & plurali num. mutato (ֹ) in (ִ) R. 114. fit מִמְּרוֹם *ex altitudine sanctitatis suæ,* Psal. 102. 20. In plur. *Laudate eum* בַּמְּרוֹמִים *in ipsis excelsis,* Ps. 148, 1. excluso ה Emphat.

Vers.

Vers. 9.

342 יָדִין Ja-dhín] (Jehova) *causam aget* populorum. Targ. *Verbum Domini judicabit populos.* A דִּין *judicavit, jus dixit, in judicio contendit, litigavit.* Futur. Hiph. excluso ה, R. 58. sitque in secunda pers. תָּדִין unde cum Affixo, mutato (ַ) in (ֵ) R. 14. תְּדִינֵנִי *causam agas meam,* Psal. 54. 3. In tertia pers. יָדִין *jus dicet,* Ps. 9. 9. *judicium exercebit,* Ps. 110. 6.

343 שָׁפְטֵנִי Shoph-té-ni] *Judica me.* A שָׁפַט suprà Num. 108. Imperativ. Kal, שְׁפֹט *judica,* at cum ה parag. & Affix. ת transit in (ֵ) R. 98. sitque שָׁפְטָה *judica,* Psal. 82. 8. שָׁפְטֵנִי *judica me,* Psal. 26. 1. In plur. שִׁפְטוּ *judicate,* Ps. 82. 3.

344 וּכְתֻמִּי U-che-thum-mi] *Et secundùm integritatem meam* super me, Targ. וּכְשַׁלְמוּתִי פְּרַע לִי *& secundùm perfectionem meam persolve mihi.* LXX. κατὰ τὴν ἀκακίαν μου, *& secundùm innocentiam meam.* A תָּם *integer, perfectus fuit,* Nom. Masc. sine plur. תֹּם *perfectio, vitæ integritas, morum simplicitas,* Psal. 25. 21. תֹּם *integritas & rectitudo custodient me.* Cum Præfix. בְּתֹם *secundùm integritatem,* Psal. 78. 72. בְּתֹם *in integritate,* Ps. 101. 2. mutato ו in (ְ) ob Maccaph. R. 134. Cum Affixis, adscisit dagesh, et mutat ו in (ִ) R. 125. sitque בְּתָמִּי *in integritate mea,* Ps. 26. 1. כְּתֻמִּי *juxta integritatem meam.*

Vers. 10.

345 יִגְמַר Jigh-mor] *Deficiat.* Targ. יִתְחַיַּב *destruatur.* A גָּמַר quod in Psalmis legitur quinquies, & sumitur vel in bonum vel in malum. In bonum, *perfecit, absolvit, complexum reddidit.* In malum, *defecit, destructus, consumptus, abolitus fuit,* Psal. 12. 2. *Salva Jehova, quoniam* גָּמַר *defecit pius,* vel *complevit pius,* scil. bene agere, vel pium *consumsit* impius. Psal. 77. 9. גָּמַר *cessavit sermo,* Targ. שְׁלִים *consumptus est,* Fut. Kal, quod legitur in tertia pers. tantùm. *Jehova* יִגְמֹר בַּעֲדִי *perficiet pro me,* Psal. 138. 8. Targ. יְפָרַע לְהוֹן בִּישְׁתָּא *rependet eis malum pro me.* Et ob Maccaph correpto ו in (ַ) R. 134. fit יִגְמַר.

346 נָא Ná] *Quæso.* נָא est temporis, ac precandi & obsecrandi particula, *Nunc, Quæso, Obsecrò.*

347 וְתִכּוֹנֵן U-thecho-nén] *Et stabilies.* A כּוּן in Pihel, quiescente secundâ in ו et geminatâ tertiâ, R. 63. כּוֹנֵן *aptavit, firmavit, stabilivit, dispposuit,* includit firmitatem & certitudinem. Fut. Pohel. in secunda pers. *In nervis tuis* תְּכוֹנֵן *aptabis contra faciem ipsorum,* Ps. 21. 13. scil. sagittas tuas. In tertia, *Et juxta flumina* יְכוֹנְנֶהָ *stabilivit eam,* Ps. 24. 2. scil. terram. Et cum ו Conversivo Futuri, וַיְכוֹנְנֶהָ *& aptavit ei,* Psal. 7. 13. scil. sagittas. וַיְכוֹנְנוּ *& stabiliverunt,* Psal. 107. 36. וַיְכוֹנְנוּנִי *& aptârunt me,* Psal. 119. 73. in quibus dagesh ex ו schevato excidit, R. 20. quod ו imprimere debuit, R. 79.

348 וּבְחֹן U-bho-hhén] *Et probans.* A בָּחַן *probavit, exploravit, examinavit,* Benoni Kal, cum ו ante Labialem, R. 78.

349 וְכִלְיוֹת U-chela-jóth] *Et renes.* A כָּלָה *desideravit,* Nom. plur. fœmin. absque singulari, כִּלְיוֹת *renes,* quòd sint sedes desiderii et libidinis: inde sumitur pro occultis cogitationibus & affectibus. *Probans corda,* וְכִלְיוֹת *& renes,* i. e. affectus. Recipit Affixum primæ personæ tantùm, ob quod correpto

repto (ֽ) in (:) R. 114. ex priori (:) fit (ְ) facitq; כִּלְיוֹתַי et in pausa כִּלְיוֹתָי *renes mei*, וְכִלְיוֹתַי *et renes mei.*

Vers. 11.

350 מָגִנִּי Ma-ghin-ní] *Clypeus meus.* LXX. ἡ βοήθειά μου *adjutorium meum*, elegans Metaphora. מָגֵן *clypeus*, suprà Num. 139. In Affixione & flexione numeri, assumit dagesh, et mutat (ֵ..) in (ִ) R. 126. (ֽ) verò invariatum retinet, quoniam est sub מ Heemanthico defectivorum, R. 114. facítque מָגִנִּי *clypeus meus*, וּמָגִנִּי *& clypeus meus*, מָגִנֵּנוּ *clypeus noster*, וּמָגִנֵּנוּ *& clypeus noster.* וּמָגִנָּם *& clypeus eorum.* In plur. מָגִנִּים unde in Regim. מָגִנֵּי אֶרֶץ *scuta terræ*, Psal. 47. 10. i. e. principes, & magistratus qui subditos defendunt.

351 מוֹשִׁיעַ Mo-shiá'] *salvantem.* A יָשַׁע in Hiph. mutato (י) in ו R. 57. הוֹשִׁיעַ *salvavit*, *auxilium fecit* vel ante mala vel in ipsis malis, *liberavit.* Particip. Hiph. מוֹשִׁיעַ *salvans*, *servans*, i. e. salvator, servator, Psal. 17. 7. Cum Affixo, (excluso (-) furtivo, R. 10) *Obliti sunt Dei* מוֹשִׁיעָם *salvatoris eorum*, Psal. 106. 21.

352 יִשְׁרֵי לֵב Jish-re-lébh] *rectos corde.* A יָשַׁר *rectus fuit.* Nom. adjectiv. יָשָׁר *rectus, æquus, justus*, & substantivè, *rectum*, Psal. 11. 7. וְיָשָׁר *& rectus est Jehova*, Psal. 25. 8. וְיָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ *& rectum judicia tua*, Psal. 119. 137. i. e. unumquodque judiciorum tuorum, notatur distributio, R. 35. n. 3. In plur. mutato (ַ) in (:) R. 114. facit יְשָׁרִים *Et dominabuntur in eos* יְשָׁרִים *recti*, Psal. 49. 15. Cum Præfix. לַיְשָׁרִים *ad ipsos rectos*, Psal. 33. 1. excluso ה Emphat. R. 18. simul et dagesh ex (י) shevato, R. 20. quod ה Emphat. ei imprimere debuit, R. 76. וְלִישָׁרִים *& rectis in cordibus eorum*, Psal. 125. 4. ubi (י) amittit suum (:) ob præcedens (ְ) R. 8. In Regim. conversò (ֽ) in (:) R. 114. ex priori (:) fit (ְ) R. 6. facítque יִשְׁרֵי Cum Præfix. לְיִשְׁרֵי *in rectos corde*, Psal. 11. 2. וּלְיִשְׁרֵי *& rectis corde*, Psal. 97. 11. In fœmin. genere, mutato itidem (ֽ) in (:) fit יְשָׁרָה *recta*, בְּדֶרֶךְ יְשָׁרָה *per viam rectam*, Ps. 107. 7.

Vers. 12.

353 וְאֵל זֹעֵם Veél zo-ʿém] *Et Deus indignans.* Targ. וּבְתַקְפָּא רָגֵז *& in fortitudine irascitur*, (ab אֵיל *fortitudo.*) A זָעַם *indignatus, detestatus fuit*, denotat iram summam, ejúsque ostensionem per minas et diras includit. Benoni Kal, זֹעֵם *irascens*, legitur h. l. tantùm.

Vers. 13.

אִם לֹא יָשׁוּב *Si non reversus fuerit*, LXX. ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, *nisi conversi fueritis.* Legerunt in secunda persona.

354 חַרְבּוֹ Hhar-bó] *Gladium suum.* A חָרַב *exsiccatus, vastatus fuit.* Nom. fœmin. חֶרֶב *gladius*, quòd exsiccet hominem sanguine, vel quòd mundum vastet, (sicut & Latinis dicitur *à clade*) significat autem omne instrumentum, quod scindit & findit, sive sit metallum, sive lapis acutus. In pausa mutato priori (ֶ) in (ֵ) R. 131. scribitur חֵרֶב Ps. 63. 11. Cum Præfixis, מֵחֶרֶב *à gladio*, וְחֶרֶב *& gladius*, Et cum literis כלב excluso ה Emphat. R. 81. כַּחֶרֶב *tanquam ipsum gladium*, Ps. 64. לַחֶרֶב *ipsi gladio*, Psal. 78. 62. בַּחֶרֶב *ipsissimo gladio ceciderunt*, Ps. 78. 64.

Cum Affix. mutat utrumque (ֵ) in (ֶ) R. 122. & prius (ֶ) in (־) R. 6. facítque וְחַרְבִּי *& gladius meus*, חַרְבֶּךָ *gladius tuus. Eripe animam meam ab impio* חַרְבֶּךָ *gladio tuo*, Pſal. 17. 13. vel *gladii tui*, i. e. qui eſt gladius tuus. Targ. דְּאִתְחַיַּב לְקְטוֹל בְּסַיְפָךְ *qui dignus eſt ut interficiatur gladio tuo.* צוּר חַרְבּוֹ *aciem gladii ſui*, Pſal. 89 44. חַרְבָּם *gladius eorum*, בְּחַרְבָּם *in gladio eorum.* In plur. fœmin. converſo poſteriori (ֵ) in (ֶ) et priori in (־) R. 122. fit חַרְבוֹת *gladii*, Pſal. 59. 8. חַרְבוֹת *gladii in labiis ipſorum*, Targ. מִלַּיָּא דִשְׁנִינָן הֵיךְ סַיְפָא *verba acuta ut gladius.*

355 יְלַטֵּשׁ Jil-tóſh] *Acuet.* A לָטַשׁ *acuit, polivit*, dicitur de inſtrumentis ferreis, vel æneis. Fut. Kal, quod legitur h. l. tantùm.

356 קַשְׁתּוֹ Kaſh-tó] *Arcum ſuum.* A Chaldaico קְשַׁת *jaculatus eſt*, Nom. commun. gener. ſed fœmin. ſæpius, קֶשֶׁת *arcus.* In pauſa ſcribitur קָשֶׁת Pſ. 76. 4. Cum Præfixo, כְּקֶשֶׁת *ſicut arcus.* Cum Affix. & plur. num. formatur eodem planè modo ut חַרְבּ ſuprà Num. 354. קַשְׁתִּי *arcus meus*, בְּקַשְׁתִּי *in arcu meo*, קַשְׁתּוֹ *arcus ejus*, קַשְׁתָּם *eorum.* In plur. קַשְׁתוֹת hinc cum Affixo mutato (ֹ) in (ֻ) ex priori (ֻ) fit (־) וְקַשְׁתוֹתָם *& arcus eorum*, Pſal. 37. 15.

357 דָּרַךְ Da-rách] *Tetendit.* דָּרַךְ *calcavit*, cum dicitur de arcu aut ſagittis, *tetendit, extendit*, q. d. calcavit arcum ut jaciat ſagittas. Præt. Kal, quod flectitur ſic: דָּרַךְ *tetendit*, דָּרְכוּ *tetenderunt*, Pſal. 64. 4. וְדָרְכוּ *& tetenderunt*, Pſ. 37. 14.

Verſ. 14.

358 הֵכִין He-chín] *Aptavit.* A כּוּן Præt. Hiph. (excluſo י R. 58.) הֵכִין *aptavit, firmavit, conſtituit*, &c. (ut ſuprà Num. 347. in Pihel.) In ſecunda perſ. aſſumpto י R. 62. *Tu* הֲכִינוֹתָ *aptaſti* vel *ſtabiliviſti Luminare*, Pſal. 74. 16. In tertia plur. הֵכִינוּ *aptarunt*, Pſal. 57. 6.

359 כְּלֵי מָוֶת Kele-má-veth] *inſtrumenta mortis.* כְּלִי *inſtrumentum*, ſuprà Num. 102. In plurali eſt anomalum כֵּלִים *inſtrumenta*, pro כְּלִיִּים ſyncopato (י) R. 31. & in Regimine, converſo (ֵ) in (ֶ) R. 116. כְּלֵי

360 חִצָּיו Hhits-tſáv] *Sagittas ſuas.* A חָצַץ *diſcidit, dimidiavit*, Nom. maſc. חֵץ *ſagitta* dividens, vel diſcindens quod tangit. Cum Præfixo, מֵחֵץ *à ſagitta.* In Affixione & plurali num. aſſumit dageſh compenſativum, ac mutat (ֵ) in (ֶ) R. 125. fítq; חִצֵּם *ſagitta eorum*, In plur. וְחִצִּים *& ſagittæ*, כַּחִצִּים *ſicut ſagittæ in manu fortis*, Pſal. 127. 4. quæ manu fortis emiſſæ feriunt & occidunt. In Regim. חִצֵּי *ſagittæ fortis*, Pſal. 120. 4. Cum Affix. חִצֶּיךָ *ſagittæ tuæ deſcenderunt in me*, Pſal. 38. 3. i. e. morbi ſagittis acutis ſimiles. *Miſit* חִצָּיו *ſagittas ſuas*, Pſ. 18. 15. i. e. fulmina.

361 לְדֹלְקִים Ledho-lekím] *In perſecutores faciet*, vel, *in ardentes efficiet.* Targ. *Sagittis ſuis* לְרָדְפַנָּיו צַדַּיקַיָּא *in perſecutores juſtorum operabitur.* A דָּלַק *inſecutus, perſecutus eſt*, It. *accenſus fuit, exarſit*, metaphora deſumpta ab igne, qui res proximas quaſque urendo inſectatur. Benoni plur. Kal, quod legitur h. l. tantùm.

362 יִפְעָל Jiph-ʿál] *Efficiet.* A פָּעַל *fecit, egit, operatus eſt*, quod in pauſa ſcribitur פָּעַל Pſal. 11. 3. In plur. פָּעֲלוּ *operati ſunt, fecerunt*, Pſal. 119. 3. Fut. Kal quod flectitur ſic: יִפְעַל *faciet*, & in pauſa, converſo (־) in (ֵ) *in foveam*

foveam (quam) יִפְעָל *efficiet*, Pſal. 7. 16. In plur. תִּפְעָלוּן *facietis*, Pſ. 58. 3. cum (ֻ) ob pauſam.

Verſ. 15.

363 הִנֵּה Hin-né] *Ecce* הֵן & cum ה paragog. הִנֵּה *en, ecce*, particula demonſtrandi, uſurpatur de rebus præſentibus & futuris. וְהִנֵּה *et ecce*. Cum Affixo, הִנְּךָ *ecce te*, *Pſal.* 139. 8.

364 יְחַבְּלֶ֫ Jehhab-bel] *Cum dolore pariet*. A חָבַל *ligavit, doluit, cum dolore enixa eſt, parturivit*, Fut. Pih. יְחַבֵּל ob Maccaph (ֿ) tranſit in (ֶ) R. 134.

365 וְהָרָה Veha-rá] *Et concipiet*. A הָרָה *concepit*. Præterit. Kal, cum ו converſivo Præteriti, R. 79.

366 עָ֫מָל a-mál] *Ærumnoſum laborem*. A עָמַל *laboravit, defatigatus fuit*, Nom. maſc. עָמָל *ærumnoſus labor*, quo quis defatigatur corpore vel animo, *defatigatio, miſeria, moleſtia*. וְאָוֶן וְעָמָל *& iniquitas & miſeria in medio ejus*, Pſal. 55. 11. בַּעֲמָל *in ipſo labore*, Pſal. 107. 12. excluſo ה Emphatico. In Regim. converſo priori (ָ) in (ַ) R. 114. et poſteriori in (-) R. 15. facit עֲמַל *perverſitas labiorum eorum*, Pſal. 140. 10. בַּעֲמַל *in miſeria hominis ærumnoſi non ſunt*, Pſal. 73. 5. וְעָמָל *& ærumnoſum laborem nationum poſſidebunt*, Pſ. 105. 44. i. e. quod partum eſt ærumnoſo labore. Cum Affix. וַעֲמָלִי *& moleſtia mea*, עָמָלוֹ *labor ejus*.

367 שֶׁ֫קֶר Shá-ker] *Mendacium*. A שָׁקַר *mentitus eſt*. Nom. radicale ſex punctorum, שֶׁקֶר *mendacium, falſitas, falſum*. In pauſa converſo priori (ֶ) in (ֵ) R. 131. ſcribitur שֵׁ֫קֶר Uſurpatur & adverbialiter *falſò, fruſtrà, ſine cauſa*, Pſ. 35. 19. *Ne lætentur de me* שֶׁקֶר *falsò*, (ſine cauſa) Pſ. 38. 20. *qui oderunt me* שֶׁקֶר *falsò*, Pſ. 119. 76. שֶׁקֶר *falsò*, ſine causâ *perſecuti ſunt me*. In plur. mutato priori (ֶ) in (ַ) & poſteriori in (ִ) R. 122. fit שְׁקָרִים *mendacia*, Pſ. 101. 7.

Verſ. 16.

368 בּוֹר *Foveam*. Nom. maſc. radicale בּוֹר *foſſa, fovea*, tum ad recipiendas aquas pluviales, tum etiam ad ſtruendas inſidias, & ad ſepelienda cadavera. *Ne deſcenderem* בּוֹר *in foveam*, Pſal. 30. 4. i. e. ne ſepelirer. *Comparatus ſum cum deſcendentibus* בּוֹר *in foveam*, Pſal. 28. 1. i. e. iis qui ſepeliuntur. Cum Præfix. *Eduxit me* מִבּוֹר *è fovea tumultus*, Pſal. 40. 3. i. e. miſeriâ quâ premebar. *Poſuiſti me* בְּבוֹר *in fovea inferiori*, Pſal. 88. 7. i. e. multitudinem calamitatum.

369 כָּרָה Ca-rá] *fodit*, i. e. ſtruxit mihi inſidias. Præt. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: כָּרְתָה *fodit, perfodit*. *Aures* כָּרִיתָ *perfodiſti mihi*, Pſal. 40. 7. i. e. aperuiſti, (ubi tertia radical. ה mutatur in (י) quieſcens, R. 66.) כָּרוּ *foderunt*, Pſal. 57. 7. (ubi tertia radical ה ante ו ejicitur, R. 66.)

370 וַיַּחְפְּרֵהוּ Vaj-jahh-peré-hu] *& excavavit eam*, A חָפַר *fodit, cavavit, excavavit*; & mutuatâ ſignificatione à חָרַק *erubuit, pudore, ignominiâ affectus fuit*. q. ſe perfodit. Fut. Kal, quod flectitur in Pſ. in tertia perſ. tantùm, וַיַּחְפְּרֵהוּ *& effodit eam*, eſt cū ו converſivo Futuri, R. 79. ex יַחְפֹּר (ubi ob Affix. הוּ ו vertitur in (ֵ) R. 119. & (ֹ) amittit ſuum (-) R. 15. In plur. וַיַּחְפְּרוּ *& pudore afficientur*, Pſal. 35. 4. pro יַחְפְּרוּ Et ſic: Pſal. 35. 26. 40. 15. 70. 3. 83. 18. Et in pauſa cum (ֹ) יַחְפְּרוּ *pudore ſuffundentur*, Pſal. 34. 6. pro יַחְפְּרוּ

371 בְּשַׁחַת Beſhá-hhath] *In foveam*.

Nom. fœmin. ſine plurali, שְׁחַת *fovea, corruptio. Cum deſcendero* אֶל־שַׁחַת *ad foveam*, Pſal. 30. 10. Targ. בֵּית קְבוּרְתָּא *domum ſepulturæ*. In pauſa, mutato priori (-) in (ֽ) R. 131. ſcribitur שָׁחַת Pſal. 94. 13. *Non dabis ſanctum tuum videre* שָׁחַת *foveam*, Pſ. 16. 19. vel *corruptionem* ut LXX. διαφθορὰν, & Act. 2. 27. Targ. בֵּית קְבוּרְתָּא *domum ſepulturæ*. Cum Præfix. מִשַּׁחַת *è fovea. Non videbit* חַשַּׁחַת *ipſam corruptionem*, Pſ. 49. 10. בְּשַׁחַת *in fovea.*

Verſ. 17.

372 קָדְקֳדוֹ Kodh-kedhó] *verticem ejus.* A קָדַד *verticem inclinavit*, Nom. maſc. ſine plur. קָדְקֹד *vertex*, ſumma pars capitis, in qua capilli dividuntur, parte unâ ad dextram, alterâ ad ſiniſtram tendendo, Pſ. 68. 22. קָדְקֹד שֵׂעָר *verticem capilli*, i. e. capillorum, dividentem capillos ad dextram et ad ſiniſtram. Ob Affix. mutato ֹ in (ֳ) R. 119. fit קָדְקֳדוֹ

373 חֲמָסוֹ Hhama-ſó] *violentia ejus.* A חָמַס *rapuit*, violenter egit. Nom. maſc. חָמָס *vis, violentia, rapina.* In Regimine, חֲמַס *violentia manuum veſtrarum*, Pſal. 58. 3. (ut ſuprà Num. 366) Cum affix. חֲמָסוֹ *violentia ejus*, In plur. מֵאִישׁ חֲמָסִים *à viro violentiarum*, Pſal. 140. 2. i. e. violentiſſimo.

374 יֵרֵד Je-rédh] *deſcendet.* A יָרַד *deſcendit*, Fut. Kal, in quo (ָ) occultatur in (ֵ..) R. 55. & indifferenter deſinit in (ֵ...) vel (-) R. 108. faciſque וְתֵרֵד *& deſcendes*, Pſ. 144. 5. i. e. deſcende. יֵרֵד deſcendet, (pro וַיֵּרֶד) *& deſcendit*, Pſal. 18. 10. cum ו converſivo. In plur. יָרְדוּ *deſcendent*, Pſ. 104. 8.

Verſ. 18.

375 וַאֲזַמְּרָה Va-azam-merá] *& pſallam.* A זָמַר *pſallit, cecinit*, ſuprà num. 122. Fut. Pihel, quod flectitur ſic: אֲזַמְּרָה *pſallam*, Pſal. 9. 3. (cum ה parag. mutato (ַ..) in (ָ:) ex אֲזַמֵּר) וַאֲזַמְּרָה *& pſallam* (ubi ו loco (ָ:) aſſumit punctum ſimplex compoſiti ſubſequentis R. 13.) & in pauſa, revocato (ַ..) R. 132. fit אֲזַמְּרָה *pſallam*, Pſal. 18. 49. וַאֲזַמְּרָה *& pſallam*, Pſ. 57. 8. Cum affix. אֲזַמֶּרְךָ *pſallam tibi*, Pſal. 57. 10. (ubi prius (ָ:) in medio tranſit in (ֶ:) R. 6.) Et in pauſa אֲזַמֶּרְךָ ſic וַאֲזַמֶּרְךָ *& pſallam tibi*, Pſal. 108. 4. יְזַמֶּרְךָ *cantabit tibi*, Pſ. 30. 13. וְנַזַּמְּרָה *& pſallemus*, Pſ. 21. 14. יְזַמְּרוּ *pſallent*, וְיְזַמְּרוּ *& pſallent*, Pſ. 66. 4. (ubi (ְ) amittit (:) ob præcedens (ְ) R. 8.

376 עֶלְיוֹן ע el-jón] *excelſum.* A עָלָה *aſcendit, excelſus fuit*, Nom. maſc. Heemanthic. עֶלְיוֹן *excelſus, ſublimis*, quod etiam eſt unum ex nominibus divinis, *Excelſus Deus*, qui eſt altus ſuper omnia. *Pſallam nomini tuo* עֶלְיוֹן *ô Excelſe*, Pſal. 9. 3. *Habitans in latibulo* עֶלְיוֹן *Excelſi*, Pſal. 91. 1. Et appellativè, עֶלְיוֹן *excelſum poſuiſti habitaculum tuum*, Pſal. 91. 9. *Tu Jehova* עֶלְיוֹן *excelſus*, Pſ. 97. 9. Cum Præfix. וְעֶלְיוֹן *& Excelſus dedit vocem ſuam*, Pſ. 18. 14. *Et ſolve* לְעֶלְיוֹן *Excelſo vota tua*, Pſal. 50. 14. *Et eſt ſcientia* בְּעֶלְיוֹן *in Excelſo!* Pſal. 73. 11.

PSALMVS VIII. ח

377 עַל הַגִּתִּית ע al-hag-git-tîth] *Super inſtrumẽto muſico torculari.* A גַּת *torcular*, Nom. formæ fœm. גִּתִּית quod quid ſit incertum. Ter tantùm legitur in tota

ta SS. Psal. 8. 1. 81. 1. 84. 1. LXX. ὑπὲρ τῶν ληνῶν *pro torcularibus*, i. e. quòd ad tempus torcularium sive vindemiæ, Psalmi isti decantarentur. Targ. *Ad laudandum* עַל כִּנּוֹרָא דְאַיְתִי מִן גַּת *super citharam quam attulit ex Gath*, quam vz. attulerit David ex Gath, cum erat apud regem Achis.

Vers. 2.

378 אֲדֹנֵינוּ Adho-né-nu] *Domine noster*. Targ. רִבּוֹנָא *Præceptor noster*. אָדוֹן *Dominus*, suprà Num. 72. in plurali, אֲדֹנִים *Domini*, cum Deo tribuitur, habet sensum singularem. Cum Affixis excluso ים. facit אֲדֹנֵינוּ *Dominus noster*, & semel cum ו, *magnus* אֲדֹנֵינוּ *Dominus noster*, Psal. 147. 5. וַאֲדֹנֵינוּ *& Dominus noster*, Psal. 135. 5. *Quoniam ipse* אֲדֹנַיִךְ *Dominus tuus*, (cum Affix. fœmin.) Psal. 45. 12. Ad manum אֲדֹנֵיהֶם *dominorum suorum*, Psal. 123. 2.

379 אַדִּיר Ad-dír] *magnificum*, LXX. θαυμαστὸν *admirabile*. Ab אָדַר *robustus, fortis, admirabilis fuit*, Nom. adjectiv. אַדִּיר *magnificus, validus, robustus, grandis*. אַדִּיר בַּמָּרוֹם יְהוָה *Magnificus in excelso Jehova*, Psal. 93. 4. (hinc Rabbinis nomen divinum *Addir*.) In plur. אַדִּירִים *potentes, sublimes*, In Regim. *Ad sanctos qui in terra ipsi sunt*, וְאַדִּירֵי *& ad magnificos*, Psal. 16. 3. ubi status Regiminis positus est pro absoluto אַדִּירִים

380 אֲשֶׁר תְּנָה Ashér tená] *quòd ponere*, i. e. quòd posuisti. A נָתַן *dedit, posuit*. Imper. Kal, abjecto נ, R. 68. תֵּן & cum ה parag. mutato (..) in (:) R. 117. תְּנָה עָוֹן *pone iniquitatem super iniquitatem ipsorum*, Ps. 69. 28. תְּנוּ עֹז *da robur tuum*, Ps. 86. 16. Hinc Infinitiv. ad formam Imperati vi תְּנָה *ponere*, pro Præterito *posuisti*.

381 הוֹדְךָ Ho-dhechâ] *gloriam tuam*, vel *laudem tuam*, i. e. materiam laudis tuæ. Nomen radicale, הוֹד *gloria, majestas, dignitas, laus*. Cum Affix. הוֹדְךָ *gloria tua*, In pausa, *gloriæ* הוֹדֶךָ *majestatis tua*, Psal. 145. 5.

Vers. 3.

382 עֹ עוֹלְלִים o-lelím] *parvulorum*. A עָלַל *egit, fecit, machinatus est*, Nomen participiale Kal, עוֹלֵל *parvulus, infans*, qui jam aliquid molitur, incipit ludere, loqui, &c. In plur. עוֹלְלִים Cum Affix. *Et allidit* אֶת עֹלָלֶיךָ *parvulos tuos* (fœm.) Ps. 137. 9. quasi à sing. עוֹלָל *Et relinquent residuum eorum*, לְעוֹלָלֵיהֶם *parvulis eorũ* Ps. 17. 14.

383 וְיֹנְקִים Vejo-nekím] *et lactentium*. A יָנַק *suxit*, Nomen participiale Kal, יוֹנֵק *lactens*, parvulus lac sugens. In plur. יוֹנְקִים *lactentes, sugentes*, qui cum nondum voces nutricum imitari sciant, ore tamen suo vocem illam *ʃ A H, ʃ A H*, quæ est una ex nominibus divinis, (potiùs *yâ, yâ*) sponte suâ sonant, ac ingeminant, ut notavit Arias Montanus.

384 יִסַּדְתָּ Jis-sádh-ta] *firmiter fundasti*. LXX. κατηρτίσω *perfeciſti*, Præt. Pihel, à יָסַד *fundavit*, ubi dagesh significationem intendit, R. 45.

385 עֹז óz] *robur, imperium*, vel *laudem*, quod robur sit materia laudis. A עָזַז *fortis, potens, robustus fuit*, Nom. masc. sine plur. עֹז *potentia, robur, fortitudo*, ex usu Arabum *regnum, imperium*. Cum Præfix. וְעֹז *Et potentia regis judicium amat*, Ps. 99. 4. *Gloriam* וְעֹז *& robur*, Psal. 29. 1. (ubi ו ante accentum Sylluk cum (ׁ) R. 78.) Cum Affix. assumit dagesh, & mutat

in (ֻ) rariùs in (ֹ) R. 125. fitque עֻזִּי *robur meum*, עֻזֶּךָ & in pauſa, עֻזֶּךָ *robur tuum*, בְּעֻזֶּךָ (be-ע oz-zechâ) *in robore tuo*, Pſ. 21. 2. & in pauſa, בְּעֻזֶּךָ verſ. 14. עֻזּוֹ *robur ejus*. *Quarite Jehovam*, וְעֻזּוֹ *& fortitudinem ejus*, Pſ. 105. 4. i. e. arcam fœderis (vide infrà Num. 3212) בְּעֻזּוֹ *in fortitudine ſuâ*. עֻזָּמוֹ *robur eorum*.

386 לְהַשְׁבִּית Lehaſh bíth] *ad ceſſare faciendum*, i. e. ad compeſcendum. A שָׁבַת *ceſſavit, quievit*, In Hiph. הִשְׁבִּית *ceſſare fecit*, Infinit. cum ל nota Gerundii R. 41. לְהַשְׁבִּית Targ. לְבַטָּלָא בְּעַל דְּבָבָא *ad ceſſare faciendum antiquum inimicitiæ*.

387 וּמִתְנַקֵּם U-mith-nak-kém] *et ultorem ſui*. A נָקַם *ultus eſt, vindicavit*, in Hithp. הִתְנַקֵּם *ſeipſum vindicavit*, unde Part. מִתְנַקֵּם *ultor ſui*, Pſ. 44. 17. habet enim conjugatio hæc ſignificationem immanentem, R. 47.

Verſ. 4.

388 כִּי אֶרְאֶה Kí-er-é] *Quoniam videbo*, Al. *Quoties videbo*, vel, *Cum aſpiciam*. A רָאָה *vidit, aſpexit, obſervavit*, conſtructum cum ב, *deſpexit, contempſit*. Fut. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: אֶרְאֶה *videbo, reſpiciam*, (ubi ה quieſcit in (ֶ) R. 65.) אֶרְאֶה בְשֹׂנְאָי *videbo in oſoribus meis*, Pſal. 118. 7. Targ. אֶחְמֵי פּוּרְעָנוּתָא *videbo ultionem*. תִּרְאֶה *reſpicies, videbis*, יִרְאֶה *videbit*, מִי יִרְאֶה־לָּמוֹ *quis videbit eis*, Pſal. 64. 6. i. e. providebit. נִרְאֶה *videbimus*, יִרְאוּ *videbunt*, (excluſo ה pro יִרְאוּהוּ R. 66.) יִרְאוּ־בִי *videbunt in me*, Pſ. 22. 18. Targ. מְבַזְּין לִי *contemnunt me*, וְיֶחֱמוּן *& videbunt*.

389 שָׁמֶיךָ Sha-mé-cha] *cœlos tuos*. שָׁמַיִם *cœli*, ſuprà Num. 70. Cum Præfix. מִשָּׁמַיִם *è cœlis*. In Regim. mutato ים in י R. 34. & (ַ) in (ָ) R. 114. facit, *Equitanti* בִּשְׁמֵי שְׁמֵי קֶדֶם *in cœlis cœlorum antiquitatis*, Pſ. 68. 34. i. e. antiquis, שְׁמֵי הַשָּׁמַיִם *cœli cœlorum*, Pſal. 148. 4. i. e. altiſſimi. R. 29. n. 2. מִשְׁמֵי *è cœlis ſanctitatis ejus*, Pſ. 20. 7. In Affixione, abjecto ים R. 105. fit, שְׁמֶיךָ unde *Inclina* שְׁמֶיךָ *cœlos tuos*, Pſal. 144. 5.

390 מַעֲשֵׂה Ma-ע aſé] *opus*. A עָשָׂה *fecit*, Nom. Heemanthic. maſcul. מַעֲשֵׂה *opus, factum*. In Regim. (ֵ) ante ה tranſit in (ַ) R. 122. fitque מַעֲשֵׂה *opus manuum ejus*, Pſ. 28. 5. וּמַעֲשֵׂה *& opus manuum noſtrarum*, Pſ. 90. 17. בְּמַעֲשֵׂה *in opere manuum tuarum*, Pſ. 143. 5. כְּמַעֲשֵׂה *ſecundùm opus manuum ſuarum*, Pſ. 28. 4. In Affixione, & flexione numeri, ejecto ה R. 103. facit מַעֲשֵׂהוּ *opus ejus*, כְּמַעֲשֵׂהוּ *ſecundùm opus ejus*, וּמַעֲשֵׂהוּ *& opus ejus*. In plur. מַעֲשִׂים In Reg. בְּמַעֲשֵׂי *in operibus manuum tuarum*, Pſ. 8. 7. Cum Affix. *Dicens ego* מַעֲשַׂי *opera mea de rege*, Pſ. 45. 2. i. e. poëmata mea. מַעֲשֶׂיךָ *opera tua*. כְּמַעֲשֶׂיךָ *ſecundùm operatua*. מַעֲשָׂיו *opera ejus*, בְּמַעֲשָׂיו *in operibus ejus*, מַעֲשֵׂיהֶם *opera eorum*, בְּמַעֲשֵׂיהֶם *operibus eorum*, Pſal. 106. 39.

391 אֶצְבְּעֹתֶיךָ Ets-beע o-thé-cha] *digitorum tuorum*. A צָבַע *tinxit, coloravit*. Nom. fœmin. Heemanthic. formatum per א, R. 23. אֶצְבַּע *digitus*, quòd eo pingimus & operamur; unde *Digitus Dei* pro divina energia et efficacia ſumitur, Exod. 8. 19. *Digitus Dei eſt*. & Luc. 11. 20. *Si digito Dei ejicio dæmonia*, pro quo Matth. 12. 18. habetur, *Si per ſpiritum Dei*. Latinis autem dicitur à digerendo, quòd natura decenti ordine digitos digeſſerit. In plur. mutato (ַ) in (ָ) R. 121. אֶצְבָּעוֹת *digiti*. Cum Affix. correpto

pto (ֲ) in (ִ) R. 114. fit אֶצְבְּעוֹתַי *digitos meos*, Pſ.144.1. אֶצְבְּעוֹתֶיךָ *digiti tui.*

392 יָרֵחַ Ja-réah] *lunam.* Nom. radicale יָרֵחַ *luna*, affine nomini רֵיחַ *odor, fragrantia*, quòd Luna noctu reſpirationem & fragrantiam præbeat rebus, interdiu Solis ardore aduſtis. Latinis verò à lucendo, quòd noctu ſola luceat. עַד בְּלִי יָרֵחַ *Donec non lunâ*, Pſ.72.7. i. e. quamdiu mundus durat. Cum Præfix. אֶת הַיָּרֵחַ *ipſam Lunam*, Pſ.136.9. וְיָרֵחַ *& luna*, כַּיָּרֵחַ *ſicut luna.*

393 וְכוֹכָבִים Vecho-cha-bhím] *& ſtellas.* Nom. maſc. כּוֹכָב *ſtella*, in plur. כּוֹכָבִים *ſtellæ*, Cum Præfix. וְכוֹכָבִים *& ſtellæ. Computans numerum* לַכּוֹכָבִים *ipſarum ſtellarum*, Pſ.147.4. (excluſo ה Emphat.) In Regim. corripit (ָ) in (ִ) R.114. unde *Laudate eum* כּוֹכְבֵי אוֹר *ſtellæ lucis*, Pſ.148.3. i.e. quinque reliqui præter Solem & Lunam Planetæ, qui majorem lucem terræ præbent, quàm reliquæ ſtellæ. Etymon hujus vocis eſt incertum, niſi fortè velis à כָּבָה *extinxit*, per antiphraſin, quòd Stella ſit lux aut lucerna ſemper lucens: geminatâ priore radicali כ, ſicut & Latinis ſtella à ſtando, quòd ſtellæ ſtare videantur, quamvis ſemper moveantur.

394 כּוֹנַנְתָּה Co-nán-ta] (quæ tu) *firmaſti, ſtatuiſti, ſtabiliviſti.* A כּוּן ſuprà Num.347. Præt. Pihel, quod ſic flectitur: כּוֹנֵן *ſtabilivit*, Pſ.9.8. כּוֹנַנְתָּ *ſtabiliviſti*, Pſ.99.4. & in pauſa mutato (ַ) in (ָ) כּוֹנָנְתָּה cum ה paragog. Et cum Affixo, כּוֹנַנְתָּהּ *ſtabiliviſti, confirmaſti eam*, Pſal.68. 10. In plur. כּוֹנְנוּ *aptârunt*, Pſ.11.2.

Verſ. 5.

395 מָה אֱנוֹשׁ Ma-enóſh] *Quid eſt homo?* Ab אָנַשׁ *lethali morbo ægrotavit, calamitoſus fuit.* Nom. maſc. אֱנוֹשׁ *ærumnoſus homo*, miſeriis & calamitatibus obnoxius, & verè id quod Latinis *Mortalis. Cognoſcant gentes* (quod) אֱנוֹשׁ הֵמָּה *homo ipſi.* Pſ.9.20. Targ. דְּבַר נָשׁ *quòd filius hominis ſint.* i.e. miſeri & calamitoſi. Dicitur præſertim de paulò poſt virili ætate, quod ea doloribus animi & corporis magis ſit obnoxia. In plur. eſt anomalum, אֲנָשִׁים *homines.* In Regim. mutato (ַ) in (ִ) R.114. (ֲ) amittit ſuum (ִ) R. 15. fitque אַנְשֵׁי *viri ſanguinum*, Pſ. 26.9. i.e. ſanguinolenti. אַנְשֵׁי *viri conſilii*, Pſ.119.24. i.e. conſiliarii. וְאַנְשֵׁי *& viri ſanguinum*, Pſal. 139. 19. וּמֵאַנְשֵׁי *& à viris ſanguinum.* Pſal. 59.3.

396 תִּזְכְּרֶנּוּ Tiz-kerén-nu] (quòd) *recorderis ejus*, i.e. quòd curam ejus habeas; nam verba memoriæ conjunctos habent affectus. A זָכַר *memor fuit, recordatus eſt.* Fut. Kal, quod flectitur ſic: אֶזְכֹּר *recordabor*, Pſ.77.12. cum *Hholem* in vertice literæ (ו) Et cum ה parag. אֶזְכְּרָה Pſ.42.5. mutato ו in (ִ) R.119. Cum Affixo, אֶזְכָּרְךָ (ez-corchá) *recordabor tui*, Pſ.42.7. mutato ו in (ָ) ob Affix. ךָ R.119. אֶזְכָּרְכִי *recordabor tui*, Pſ.137.6. cum Affixo fœm. Syror. כִי pro Hebr. ךָ. R.146. In ſecunda perſ. תִּזְכֹּר unde cum Maccaph mutato ו in (ָ) R. 134. תִּזְכָּר־לָנוּ *recorderis nobis*, Pſal.79.8. Cum Affixo, תִּזְכְּרֶנּוּ *memor ejus es.* In tertia perſ. יִזְכֹּר *recordabitur*, Pſ.20.4. וַיִּזְכֹּר *& recordatus eſt*, Pſ.78.39. Cum ו converſivo Futuri, R.79. In pl. יִזְכְּרוּ *recordabuntur*, Pſ. 22. 28. וַיִּזְכְּרוּ *& recordati ſunt*, Pſ.78.35. cum ו Converſivo.

397 אָדָם A-dhám] *hominis.* Ab אָדַם *rubuit*, אָדָם *homo terrenus* (מֵאֲדָמָה *ex terra rubra* formatus;) Includit utrum-

utrumque sexum; *Et vocavit nomen eorum* אָדָם *homo*, Gen. 5. 2. *juxta decorem* אָדָם *hominis*, Esa. 44. 13. Targ. וְאִתְּתָא *fœmina*. Comprehendit universum genus humanum cujuscunque ordinis. *Palpebræ ejus probabunt* בְּנֵי אָדָם *filios hominis*, Ps. 11. 4. Cum autem opponitur אִישׁ *Viro, Magnati*, notat *hominem plebejum*. Vide suprà Num. 179. Cum Præfix. מֵאָדָם *ab homine*, Ps. 135. 8. וְאָדָם בִּיקָר בַּל יָלִין *Et homo in honore non permanebit*. Vel, *Et Adam in honore non pernoctavit*. Ps. 49. 13. *Omnis* הָאָדָם *homo mendax*, Ps. 116. 11. כְּאָדָם *sicut plebejus homo moriemini*, Ps. 82. 7. *Accepisti dona* בָּאָדָם *propter hominem*, Psal. 68. 19. excluso ה Emphat.

398 תִּפְקְדֶנּוּ Tiph-kedhén-nu] *visites eum*, i.e. *gratiosè* provideas, solicitus sis de eo. A פָּקַד *visitavit*, quod in bonum notat recordationem & providentiam; in malum, pœnam. Fut. Kal, cum Affixo, ut suprà Num. 396. ex תִּפְקֹד

Vers. 6.

399 וַתְּחַסְּרֵהוּ Vat-tehhas-seré-hu] *Et minorem feciſti eum*. LXX. ἠλάττωσας *minuisti*, A חָסַר *defecit, caruit, minuit, imminuit*. Fut. Pih. cum ו Conversivo ex תְּחַסֵּר ubi propter Affixum, (..) transit in (:) R. 117.

400 וְהָדָר Veha-dhár] *& honore*, Nom. masc. radicale, הָדָר *decus, honor, gloria, pulchritudo*. Cum Præfix. וְהָדָר *& honor*, בְּהָדָר *in ipsa gloria*, Ps. 29. 4. ubi ב excludit ה Emphat. ut suprà Num. 334. In Regim. converso priori (ָ) in (ַ) R. 114. & posteriori in (ַ) R. 115. fit הַדַּר *decus gloriæ*, Ps. 145. 5. Cum Affixis & num. plur. prius tantùm (ָ) mutatur in (ַ) facitque וְהַדְרְךָ *& honor tuus*, & in pausa, וְהַדְרֶךָ *& honore tuo*, Ps. 45. 4. In plur. הֲדָרִים unde in Regim. converso (ָ) in (ֲ) (ַ) amittit suum (:) R. 15. בַּהֲדַרֵי *in pulchritudinibus sanctitatis*, Psal. 110. 3. i.e. locis pulchris & amœnis.

401 תְּעַטְּרֶנּוּ Teyat-teré-hu] *coronabis eum*. A עָטַר suprà Num. 283. Fut. Pihel, ex תְּעַטֵּר, ubi ob Affixum, (..) transit in (:)

Vers. 7.

402 תַּמְשִׁילֵהוּ Tam-shi-lé-hu] *Dominum constitues eum*. A מָשַׁל *dominatus est*, In Hiph. הִמְשִׁיל *dominum constituit, præfecit*. Fut. cùm Affixo, תַּמְשִׁילֵהוּ *præficies eum*.

403 יָדֶיךָ Ja-dhé-cha] (operibus) *manuum tuarum*, i.e. aliis creaturis. A יָדָה *projecit, jaculatus est*, fit יָד *manus* à projiciendo, quâ jacitur vel projicitur aliquid: sicut Latinis ab emanando. In Regim. mutat (ָ) in (-) R. 115. fitque יַד *manum dextræ tuæ*, Ps. 121. 5. מִיַּד *è manu canis*, Ps. 22. 21. וְיַד *& manus improborum*, Ps. 36. 12. וּמִיַּד *& è manu Saulis*, Ps. 18. 1. לְיַד *ad manum semitæ*, Psal. 140. 6. i.e. ad latus viæ. בְּיַד *in manum inimici*, Ps. 31. 9. i.e. in potestatem. Cum Affix. יָדִי *manus mea*, *Ab hominibus* יָדְךָ *manu tua*, Ps. 17. 14. i.e. qui sunt plaga tua. In pausa, יָדֶךָ *manum tuam*. Ps. 10. 12. מִיָּדֶךָ *è manu tua*, בְּיָדֶךָ *in manu tua*. *Non meminerunt* אֶת יָדוֹ *manum ejus*, Ps. 78. 42. Targ. נִסָּה יְדֵיהּ *miraculum manus ejus*. *Posui in mari* יָדוֹ *manum ejus*, Ps. 89. 26. Targ. שָׁלְטָנֵיהּ *potestatem ejus*. quod de Christo interpretatum, per hypallagen est, *Posui mare in manum ejus*, ita ut non solùm terræ imperet, verùm etiam *venti & mare* obedi-

obediunt ei.) בְּיָדוֹ *in manu ejus.* יָדָם *manus eorum,* בְּיָדָם *in manu eorum.* In Duali, יָדַיִם *duæ manus,* It. *ſpatia, Hoc mare magnum, & latum* יָדַיִם *manibus,* Pſ.104.25. Targ. תְּהוֹמִין *terminis,* LXX. ἐυρύχωρος. In Regimine, mutato יִם- in י- R.34. & (ָ) in (ִ) R.114. facit יְדֵי unde עַל־יְדֵי *juxta manum gladii,* Pſal.63.11. i. e. gladio. מִיְּדֵי *è manibus improbi,* Pſal.140.5. pro מִיְּדֵי dempto dageſh ex (ּ) ſhevato, R.20. & ablato (ְ) ſub (ּ) ob præcedens (ַ) R.8. Et ſic בִּידֵי *in manibus petræ,* Pſal.141.6. i.e. lateribus. Cum Affix. Levibus, ſervat (ַ) cum Gravibus verò aſſumit formam Regiminis. *Secundùm puritatem* יָדַי *manuum mearum,* Pſ.18.25. *Et opus* יָדֵינוּ *manuum noſtrarum,* Pſ.90.17. יָדֶיךָ *manus tua. Violentia* יְדֵיכֶם *manuum veſtrarum,* Pſ.53.8. & ſuppreſſo (ּ) *Elevate* יְדֵכֶם *manus veſtras,* Pſal.134.2. יָדָיו *manus ejus.* יְדֵיהֶם *manus illis,* ſcil: ſunt, Pſ.115.7. *Secundùm opus* יְדֵיהֶם *manuum eorum,* Pſ.28.4. אֲשֶׁר־בִּידֵיהֶם *quorum in manibus eorum ſcelus,* Pſ. 26.10. Pleonaſmus, ut ſuprà Num.39.

404 שַׁתָּה Shát-ta] *poſuiſti.* A שׁוּת *ponere,* Suprà Num.157. In Præt. Kal, fit שָׁת *poſuit,* maſc. In fœm. שָׁתָה *poſuit illa,* Pſ.84.4. In ſecunda perſ. analogicè eſſet שָׁתַתְּ at excluſo ו R.58. manet שָׁתְתָּ ſed ad vitandum concurſum ſimilium literarum, ת radicale deficit, R.73. fitque שַׁתָּ *poſuiſti,* Pſ. 90.8. & cum ה paragog. R.101. n.2. שַׁתָּה Cum Affixo, שַׁתַּנִי *poſuiſti me.* Pſ.88. 7. Et ſic in prima perſ. שַׁתִּי *poſui.* Pſ. 73.28.

405 תַּחַת Tá-hhath] *ſub.* Præpoſitio, תַּחַת *ſub, ſubter, infrà, inferne, pro, loco, vice. Et caligo* תַּחַת *infra pedes ejus.* Pſ.18.10. רָעָה תַּחַת טוֹבָה *Malum pro bono.* Pſ.35.12. Aſſumit Affixa Nominum pluralium, R.100. cum quibus mutat (-) ultimum in (ִ) R.121. fitque תַּחְתַּי *ſub me,* תַּחְתֵּינוּ *ſub nobis,* תַּחְתֶּיךָ *ſub te.*

406 רַגְלָיו Ragh-láv] *pedibus ejus.* A רָגַל *oblocutus eſt, detraxit,* Nom. fœmin. רֶגֶל *pes,* quòd detractores jugiter eant & excurrant, enarréntque verba hujus alteri. q.d. *pedare,* pedibus deferre. In pauſa, mutat prius (ַ) in (ָ) R.131. *Tranſiverunt* בָּרֶגֶל *in pede* Pſ.66.6. i.e. pede. Cum Affix. & Duali num. mutat utrumque (ַ) in (ִ) R. 122. & prius (ִ) in (-) fitque רַגְלִי *pes meus,* לְרַגְלִי *pedi meo,* Pſal.119.105. רַגְלֵנוּ *pes noſter,* רַגְלֶךָ (& in pauſa רַגְלְךָ) *tuus,* רַגְלָם *eorum.* In Duali, רַגְלַיִם *pedes,* Cum Affix. *Rectificans* רַגְלַי *pedes meos,* Pſ.18.34. וְרַגְלַי *& pedes meos,* Pſ.22.17. *ſub* רַגְלֵינוּ *pedibus noſtris,* Pſ. 47.4. לְרַגְלֶיךָ *pedibus tuis. Caligo* תַּחַת רַגְלָיו *ſub pedibus ejus,* Pſ. 18.10. רַגְלֵיהֶם *pedes illis,* ſcil. ſunt. Pſ.115.17.

¶ Phraſis autem hæc, *Subjicere omnia pedibus,* denotat pleniſſimam poteſtatem, & infimam ſubjectionem. Pſ.18.39. יִפְּלוּ תַּחַת רַגְלָי *cadent ſub pedibus meis,* i.e. totaliter ſubjicientur. Et Pſ.47.4. *Perdet populos, & nationes* תַּחַת רַגְלֵינוּ *ſub pedibus noſtris.*

Verſ. 8.

407 צֹנָה Tſo-né] *Ovis.* i.e. oves, Nomen collectivum צֹאן *Ovis,* pecus lanigera; communiter ſumitur pro minutis animalibus, qualia ſunt *Oves,* & *Capræ*; interdum definitè pro aliqua ſpecie ove aut caprâ. Quando de una ove dicitur, uſurpatur שֶׂה, cum verò de una capra, ponitur עֵז In hac autem forma, צֹנָה *grex pecudum tonſilium,* א omittitur, & ה paragog. ſuperadditur. Cum

Præfix. *Vestiuntur pascua* הַצֹּאן *ipsis gregibus.* Pſ.65.14. וְצֹאן *& grex pascui tui*, Pſ.79.13. *Posuisti nos* כְּצֹאן מַאֲכָל *ut oves cibi*, Pſal.44.12. i.e. ut oves cibarias, Targ. דְּמִסְתַּרְאָן לְנִכְסָא *quæ traduntur ad mortem.* Et excluſo ה Emphat. *Et disposuit* כַּצֹּאן *tanquam ipsus oves familias*, Pſ.107.41. multitudinem & fœcunditatem notat. בְּצֹאן *in gregem.* Cum Affix. צֹאנֵנוּ *pecudes noſtræ millenis pariant*, Pſal. 144. 13. ubi ו in ſcriptione redundat.

408 וְאַלָּפִים Va-ala-phím] *& boves.* Ab אָלַף *aſſuefecit, ducuit*, Nom. radicale אַלָּף *doctor, dux.* It. *bos*, quaſi ſui gregis dux. In plur. num. prius (ַ) tranſit in (ָ) & poſterius in (ָ) R. 122. fitque cum Præfixo וְאַלָּפִים *& armenta.*

¶ כֻּלָּם Cull-lám] *Omnia illa.* Vide infrà Num.1200.

¶ וְגַם Veghám] *& etiam.* Vide infrà Num.1060.

409 בַּהֲמוֹת Ba-hamóth] *beſtias.* Nom. fœmin. בְּהֵמָה *beſtia, jumentum*, comprehendit pecora majora quadrupedia, domeſtica & ſylveſtria. Sunt autem in SS. quatuor animalium genera. 1. בְּהֵמָה & חַיָּה *animal* quadrupes majus. 2. עוֹף *volatile*, omnes ſpecies pennatorum. 3. רֶמֶשׂ *calcatile*, minorum animantium & humilium, quæ quatuor quidem pedibus moventur & terram calcant, ſed eam proximè contingunt: ut glires mures, bufones, ranæ &c. 4. שֶׁרֶץ *meabile*, quæ quaternis vel pluribus pedibus, rependo tamen magis quàm calcando progrediuntur, ut ſerpentes, viperæ, lacerti, &c. ubi in univerſum omnium beſtiolarum, vermium & vermiculorum formæ comprehenduntur. *Ab homine* עַד בְּהֵמָה *uſque ad beſtiam.* Pſal.135.8. *Hominem* וּבְהֵמָה *& beſtiam ſalvabis*, Pſ.36.7. i.e. conſervabis. *Dans* לִבְהֵמָה *beſtiæ panem ejus*, Pſ.147 9. ubi ל cum (ַ) ob ſequens (ֲ) Et excluſo ה Emphat. *gramen* לִבְהֵמָה *ipſi beſtiæ*, Pſ.104.14. In Regimine & Affixione aſſumit formam בְּהֶמַת R. 106. unde mutato utroque (ַ) in (ֶ) prius (ֲ ſub ב manet, & poſterius ſub ה, cum Affixis tranſit in (ַ) fitque וּבְהֶמְתָּם *& jumentum eorum*, Pſ 107. 38. Plur. בְּהֵמוֹת חַיְתוֹ יְעַר בְּהֵמוֹת *Beſtiæ ſylveſtres, armenta &c.* Pſ.50.10. ubi hoc notandum, quando hæc duo חַיָּה et בְּהֵמָה junguntur, illud חַיָּה ſignificat *animal ferum*; hoc בְּהֵמָה *domeſticum*, cicurum. כַּבְּהֵמוֹת *ſicut ipſæ beſtiæ*, Pſ. 49.13. excluſo ה Emphat. Pſ.73.22. *Et ego* כַּבַּעַר *brutum, & neſcivi:* בְּהֵמוֹת הָיִיתִי עִמָּךְ *Beſtiæ fui tecum.* Ubi per plur. בְּהֵמוֹת non fit alluſio ad magnitudinem illius beſtiæ, quæ Job 40.10. dicitur בְּהֵמוֹת (vulgò *Elephas*, à mole corporis, quòd ſit tanquam compendium beſtiarum, unde Latinis κατ' ἐξοχὴν *Belua* vocatur) ſed ad ſtupiditatem & ſtoliditatem illam, quæ in animantibus magnæ molis conſpicitur: ſic igitur homo ignarus, non eſt beſtia tantùm, ſed magna beſtia, ingens *BEHEMOTH*, imò plures beſtiæ, monſtroſa Belua.

410 שָׂדַי Sa-dháj] *agrorum*, i.e agreſtes. Nom. radicale maſc. שָׂדֶה *ager, fundus, prædium.* Cum ה Emphat. *Sicut flos* חַשְּׂדֶה *ipſius agri*, Pſ. 103. 15. In Regim. mutat (ַ) in (ָ) & (ֶ) ante ה in (ַ) R.122. fitque שְׂדֵה (in) *agro Tſoan*, Pſ.78.12. pro בִּשְׂדֵה ut habetur Pſal.78.43. In plur. abjecto ה R. 103. facit שָׂדִים & ex terminatione Syrâ, R.31. שָׂדֵי *agri. Et animal* שָׂדַי *agrorum mecum*, Pſ.50.11. i.e. agreſte. In pauſa, *Beſtia* שָׂדָי *agrorum*, Pſ.104. 11. Et ſemel ex forma fœmin. *Et ſeverunt* שָׂדוֹת *agros*, Pſ.107.37.

Verſ.

Verſ. 9.

411 צִפּוֹר Tſip-pór] *Volatile cœli*, i. e. aëris. A צָפַר *maturavit*, Nom. commun. gener. צִפּוֹר *avicula*; commune omni volatili minori, & in ſpecie ſæpiùs capitur pro *paſſere*: quòd ſtatim ex ovo excluſus plumas & ungues maturet. Vel potiùs nomen eſt à ſono, quem aviculæ, & præſertim paſſeres, edunt, *Tſip-Tſip*. *Fuge in montem veſtrum* צִפּוֹר *avicula*, vel *ut avicula*, Pſ. 11.1. *Etiam* צִפּוֹר מָצְאָה בַיִת *paſſer invenit domum*, Pſal. 84.4. Cum Præfix. וְצִפּוֹר כָּנָף *& volatile alæ*, Pſ. 148. i.e. alatum. *Anima noſtra* כְּצִפּוֹר *ſicut avicula*, Pſ. 124. 7. כְּצִפּוֹר *ſicut paſſer ſolitarius*, Pſal. 102.8. In plur. *Ubi* צִפֳּרִים *aviculæ nidificant*, Pſal. 104.17. quod ſaltem unum eſt inter Nomina Hebraica, mutans ו in (־)

412 וּדְגֵי U-dheghé] *& piſces*. A דָּגָה *multiplicari, inſtar piſcium augeri*, Nom. maſc. דָּג *piſcis* à fœcunditate & copia. In plur. דָּגִים In Regim. converſo (־) in (:) וּדְגֵי *& piſces*. Et in forma fœmin. דָּגָה *piſcis* collectivè, unde cum Affixo, mutato ה in ת, R. 104. *Et interfecit* דְּגָתָם *piſcem eorum*, Pſ. 105.29. i.e. piſces.

413 הַיָּם Haj-jám] *ipſius maris*. Ab inuſitato יָמַם fit יָם *mare, ſalum*, quod non propriè ipſam aquam, ſed locum ipſum maris denotat. Gen. 2.22. *Et replete aquas in maribus*. Cum Præfix. מִיָּם עַד־יָם *à mari ad mare*, Pſ. 72. 8. i.e. à mari rubro uſque ad mare magnum, ſ. occidentale. יָם *& mare*, מֵי הַיָּם *aquæ ipſius maris*, Pſ. 33. 7. וּמִיָּם *& à mari*. בַּיָּם *in ipſo mari via tua*, Pſalm. 77.20. In plur. aſſumto dageſh, mutat (־) in (-) R. 125. fitque וַיַּמִּים *maria*, בַּיַּמִּים *in ipſis maribus*, Pſ. 135. 6. excluſo ה Emphat.

414 עֹבֵר yo-bhér] *tranſiens*, ſeu *quod tranſit*, i.e. quicquid tranſit, quicquid permeat ſemitas maris, de omnibus piſcibus tam marinis quàm fluvialibus accipiendum. (nam maris nomine appellantur etiam lacus) LXX. τὰ διαπορευόμενα *ea quæ perambulant*. A עָבַר *tranſivit*, Benoni Kal, עוֹבֵר *tranſiens*. In plur. הָעֹבְרִים *qui tranſeuntes ſunt*, i.e. tranſeunt. Pſal. 129. 8. In Regim. עֹבְרֵי *tranſeuntes viam*, Pſ. 80.13.

415 אָרְחוֹת Or-hhóth] *ſemitas*. Ab אָרַח *iter fecit* Nom. maſc. cum plur. fœminin. אֹרַח *via, ſemita, iter*. בְּאֹרַח *in ſemita*. Cum Affixis, ו cognationis cauſâ tranſit in (־) R. 118. & (-) in (:) R. 121. fitque, אָרְחִי *iter meum*, Pſ. 139.3. מִנִּי אָרְחֲךָ *à via tua*, Pſal. 44.19. אֶת־אָרְחוֹ *ſemitam ejus*, Pſal. 119.9. In plur. (-) tranſit in (־) R. 121. & ו interdum mutatur in (־) interdum manet; fitque אָרְחוֹת & אָרְחוֹת In Regim. (־) tranſit in (:) R. 114. & (־) amittit ſuum (:) R. 115. facítque אָרְחוֹת *ſemitas effractoris*, Pſ. 17. 4. Cum Affix. אָרְחוֹתֶיךָ *ſemitas tuas*, Pſ. 25.4.

PSALMVS IX. ט

416 עַל־מוּת לַבֵּן yal-mú.h lab-bén] *Super mortem Labben*, vel *ejus qui in medio*, nempè Goliathi, qui אִישׁ הַבֵּנַיִם *Vir medietatum* ſive *intermedius* dicitur, 1 Sam. 17. 14. quòd inter duas acies conſiſteret. Targ. עַל־מִיתוּתָא דְּבַר *ſuper mortem filii*. LXX. ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, *pro occultis filii*, quaſi à עָלַם *occultavit*. R. Kimchi ait eſſe brevitatis atque concinnitatis gratiâ contractum pro עַל־עֲלֻמוֹת quod eſt inſtrumentum muſicum, de quo infrà

Num. 1707. A מוּת *mori*, Nom. masc. מוֹת idem quod מָוֶת *mors*. Legitur h.l. tantùm, & Pſ.48.15. *Ipſe ducet nos* עַל־מוּת *ad mortem*, i. e. עַד מוֹתֵנוּ *uſque ad mortem noſtram*, uſque dum moriamur. Targ. בְּיוֹמֵי טְלִיוּתָנָא *in diebus pueritiæ noſtræ*, q.à עֲלַם *adoleſcens*.

לַבֵּן Arias Montan. per inverſionem literarum interpretatur *Nabal*. Aliis ל eſt ſervile, & בֵּן nomen proprium cantoris, de quo 1 Chron. 15. 18. *Zacharius* בֵּן *Benus*: ſed quoniam ל excludit hîc ה Emphat. (quod nunquam Propriis præponitur) ideóque certum eſt בֵּן eſſe appellativum.

Verſ. 2.

417 נִפְלְאוֹתֶיךָ Niph-leo-thé-cha] *mirabilia tua*. A פָּלָא in Niph. נִפְלָא *ſeparatus, diviſus fuit*, It. *mirabilis, admirabilis fuit*, q. disjunctus à cognitione, ratione & intellectu. Partic. Niph. נִפְלָא *mirabilis, mirabile*. In plur. maſc. נִפְלָאִים *mirabilia opera tua*, Pſ.139.14. Sæpiùs in fœmin. *Faciens* נִפְלָאוֹת *mirabilia*, Pſal. 86. 10. וּבְנִפְלָאוֹת & *in mirabilibus*, *arduis*. Pſ.131.1. Cum Affixis, mutato (ָ) in (ֶ) facit נִפְלְאוֹתֶיךָ (& abſque ו, נִפְלָאֹתֶיךָ Pſ.145. 5.) *mirabilia tua*, בְּנִפְלְאוֹתֶיךָ *in mirabilibus tuis*. נִפְלְאוֹתָיו (& abſque ו, נִפְלָאֹתָיו Pſ. 105.2.) *mirabilia ejus*. וְנִפְלְאוֹתָיו & *mirabilia ejus*, בְּנִפְלְאוֹתָיו *in mirabilibus ejus*, לְנִפְלְאוֹתָיו *mirabilibus ſuis*, Pſ.111.4.

Verſ.4.

418 בְּשׁוּב Beſh-úbh] *In revertendo*, i.e. poſtquam reverſi fuerint. A שׁוּב *reverti, reducere*. Suprà Num. 295. Infinit. Kal, cum præfixo ב quod facit circumlocutionem Conjunctivi. *Cum, Poſtquam*, R. 41. בְּשׁוּב *In reducendo*, i. e. cum reducet *captivitatem*, Pſal. 53. 7. & ſic Pſal. 126. 1.

419 אָחוֹר A-hhór] *retrò*. Ab אַחַר *poſt*, fit אָחוֹר *poſterius*, & adverbialiter, *retrò, retrorſum*. *Convertentur hoſtes mei* אָחוֹר *retrò*, Pſal. 56. 10. Targ. מְחַזְרֵי קָדָל *obvertentes cervicem*. *Percuſſit hoſtes meos* אָחוֹר *retrò*, Pſ.78. 66. Targ. בְּטַחֲרַיָּא בַּאֲחוֹרֵיהוֹן *ulceribus* ſive *ficubus in poſterioribus eorum*. Cum Præfixo, *quòd convertaris* לְאָחוֹר *ad poſterius*, Pſ.114.5. i.e. retrorſum.

420 יִכָּשְׁלוּ Jic-cá-ſhelú] *impingent*. A כָּשַׁל *impegit*, pedibus *offendit*, Fut. plur. Niph. quod in Pſalm. legitur h.l. tantùm.

Verſ. 5.

421 וְדִינִי Vedhi-ní] *& cauſam meam*. A דּוּן *judicare, jus dicere*, Nom. maſc. ſine plur. דִּין *judicium, cauſa, lis*. *Audiviſti* דִּין *cauſam*, Pſ.76.9. Cum Affixo, וְדִינִי

422 לְכִסֵּא Lechiſ-ſé] *in ſolio*. Nom. commun. gener. cum plur. fœminino, כִּסֵּא *ſolium, thronus*. Cum Præfixo, *Ponam* לְכִסֵּא לָךְ *in ſolio tibi*. Pſal. 132.11. Cum Affix. & plur. num. mutat (ֵ) in (ֹ) R.117. ſempérque excludit dageſh, R.20. כִּסְאֲךָ *ſolium tuum*, Pſal.45.7. Et in pauſa, *baſis* כִּסְאֲךָ *throni tui*, Pſal. 89. 15. כִּסְאוֹ *ſolium ejus*, Pſal.9.8. וְכִסְאוֹ & *ſolium ejus*, Pſ.89.15. In plur. כִּסְאוֹת *ſolia*. Pſ.122. verſ.5. bis.

Verſ.

Verſ. 6.

423 גָּעַרְתָּ Ga-ʿár-ta] *Increpaſti.* A גָּעַר quod conſtructum cum ב *increpavit in aliquem*, i. e. duris verbis & cum pedum ſtrepitu *objurgavit*. Cum Accuſativo, adhuc durius eſt, *increpando perdidit*, Præt. Kal, ſecunda perſ. גָּעַרְתָּ זֵדִים *increpaſti ſuperbos*, Pſal. 119. 21.

424 אִבַּדְתָּ Ib-bádh-ta] *penitus perdidiſti.* Ab אָבַד *periit*, Præt. Pih. אִבֵּד *perdidit, abolevit.* Nam dageſh ſecundæ radicali adhibetur, vel *ad intendendam* thematis ſignificationem, vel *ad invertendam.* In ſecunda perſ. אִבַּדְתָּ

425 מָחִיתָ Ma-hhí-tha] *deleviſti.* A מָחָה *delevit, abolevit*, propriè *ſpongia abſterſit.* Præt. Kal, quod legitur h. l. tantùm, in ſecunda perſ. מָחִיתָ pro מָחַיְתָּ mutato ה in (י) quieſcens R. 66.

426 וָעֶד Va-ʿédh] *et æternum.* A עָדָה *tranſiit*, עַד *uſque, adhuc.* It. *æternitas, perpetuum*, q. *adhuc, adhuc, & adhuc diceres*: longiùs eſt quàm עוֹלָם *ſeculum.* עֲדֵי עַד *uſque in æternum*, Pſal. 83. 13. Cum ו ſemper ſcribitur cum (ֻ) & nomini עוֹלָם poſtponitur. *Jehovà rex* עוֹלָם וָעֶד *ſeculi & æternitatis*, Pſal. 10. 16. ſícque ו in majori diſtinctione geſtat (ֻ) R. 78. Legitur & cum Præfixo ל, *Permanens* לָעַד *in æternum*, Pſ. 19. 10. ubi ל ante monoſyllabam, poſcit (ַ) R. 80. *Suſtentati* לָעַד לָעוֹלָם *in æternum, in ſeculum*, Pſal. 111. 8. *Peribit* לָעַד *in æternum*, Pſ. 9. 18. ubi poſterius (ָ) ob pauſam Sylluk.

Verſ. 7.

427 תַּמּוּ Tám-mu] (ô inimice) an *finitæ ſunt?* A תָּמַם *integer fuit, abſolvit, finivit, conſummatus, conſumptus fuit.* Præt. Kal, quod per Syncopen facit תַּם R. 70. & in plur. compenſatâ ſecundâ radic. per dageſh, תַּמּוּ *conſumpti fuerunt*, Pſal. 73. 19. Eſt autem hic ellipſis ה interrogativi תַּמּוּ pro הֲתַמּוּ *an conſummatæ ſunt?* R. 77. not.

428 חָרְבוֹת Hhora-bhóth] *vaſtitates.* LXX. ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι *defecerunt frameæ*, Legerunt חַרְבוֹת *gladii.* A חָרַב *vaſtavit*, Nom. fœmnæ fœmin. חָרְבָה *vaſtitas, deſolatio, ſolitudo*, (quod unicum eſt vocabulum apud Hebræos, quod inter formas fœminas ſcribitur cum (ְ) ſub prima litera radicali.) In plur. חָרְבוֹת *vaſtitates. Fui ſicut noctua* חָרְבוֹת *vaſtitatum*, Pſal. 102. 7. i. e. quæ degit in locis deſertis. Targ. דִי בְאַרְעָא גְּנוּבְתָּא *quæ eſt in terra vaſta.* Cum Affixo, *Et quærent* מֵחָרְבוֹתֵיהֶם *à vaſtitatibus eorum*, Pſal. 109. 10. i. e. ædibus ſuis deſolatis. Ubi ob Affixum, (ֹ) ſub ר corripitur in (ֻ) R. 114. ſícque (ֹ) amittit ſuum (ֻ) R. 15.

429 לָנֶצַח La-né-tſahh] *in æternum.* A נָצַח *vicit*, Nom. maſc. נֵצַח (& quater in Bibliis cum (ַ) נֶצַח) *victoria, robur, vis, fortitudo* cujuſvis rei, vel actionis conſummatio. Cum עַד vel ל ſignificat *in perpetuum, perpetuò, omninò.* q. d. in victoriam temporis, i. e. æternitatem, quæ omnia vincit. עַד נֵצַח *in perpetuum non videbunt lucem*, Pſal. 49. 20. *Obliviſceris mei* נֵצַח (in) *perpetuum*, Pſal. 13. 2. ubi ſubauditur ל. *Quoniam non* לָנֶצַח *in æternum oblivioni tradetur egenus*, Pſ. 9. 19. ubi ל ante vocem diſyllabam penacutam geſtat (ָ) R. 80.

430 וְעָרִים Ve-ʿa-rím] *& urbes.* Nom. commun. gener. עִיר *urbs*, κατ' ἐξοχὴν *Jeruſalem*, ob principatum in religione.

Venit à עוּר *excitare* quòd urbs ſit q. excitata muris, turribus, domibus, item hominum actionibus. Cum Præfix. מֵעִיר *ab urbe.* כְּעִיר *ſicut urbs.* בְּעִיר אֱלֹהֵינוּ *in urbe Dei noſtri*, Pſal. 48. 2. Targ. בִּירוּשְׁלֶם קַרְתָּא דֵאלָהָא *in Jeruſalem urbe Dei noſtri.* (Sic in N. T. Mat. 4. *in urbem ſanctam*, Luc. 4. 9. *in Jeruſalem.*) *Vidi violentiam* בָּעִיר *in ipſa urbe*, Pſal. 55. 10. excluſo ה Emphat. In plur. eſt anomalum, עָרִים *urbes*, וְעָרִים *& urbes.* In Regim. עָרֵי *urbes Jehudæ*, Pſal. 69. 36. ubi (ֵ) non mutatur, quoniam includit literam quieſcentem (י) R. 114.

431 נַחְשְׁתָּ Na-thásh-ta] *extirpaſti.* A נָחַשׁ *evulſit, eradicavit, extirpavit*, propriè de arboribus dicitur. Præt. Kal, נַחְשְׁתָּ legitur in Pſalmis h. l. tantùm.

432 אָבַד A-bhádh] *periit.* Suprà Num. 48. Præt. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: אָבַד *periit fuga à me*, Pſal. 142. 5. Targ הוּבַד *ablata eſt.* וְאָבַד *& peribit nomen ejus*, Pſal. 41. 6. cum ו converſivo præteriti, R. 79. וְאִמ אָבַדְתִּי *tunc periiſſem*, Pſ. 119. 92. אָבְדוּ *perierunt gentes*, Pſ. 10. 16.

433 הֵמָּה Hém-ma] *illorum* (inquam) A ſing. הוּא *ille*, plur. הֵם *illi*, Pſ. 38. 11. הֵם וְהֵם *iſti & illi*, Pſ. 95. 10. Cum ה parag. הֵמָּה *hi, ipſi, illi.* וְהֵמָּה *& ipſa*, ſc. verba, Pſal. 55. 22. *Et illi*, Pſ. 63. 10. Cum Præfixo מֵהֵם *ex ipſis*, Pſ. 806. 11.

Verſ. 8.

434 יֵשֵׁב Je-ſhébh] *ſedebit.* A יָשַׁב ſuprà Num. 13. Fut. Kal, in quo prima radical. (י) occultatur in (ֵ) R. 55. flectitúrque ſic: אֵשֵׁב *ſedebo, habitabo*, תֵּשֵׁב *ſedebis*, It. *permanebis*, Pſal. 102. 13. יֵשֵׁב *ſedebit.* וַיֵּשֶׁב *& ſedit*; Pſ. 29. 10. ubi ו converſivum retrahit accentum, & mutat (ֵ) in (ֶ) R. 127. יֵשְׁבוּ *ſedebunt.*

Verſ. 9.

435 וְהוּא Vehú] *Et ipſe.* Pronom. maſ. tertiæ perſ. הוּא *ille, iſte, ipſe.* וְהוּא *& ille.* Cum ה Emphat. בַּיּוֹם הַהוּא *in illo ipſo die*, Pſ. 146. 4. pleonaſmus.

436 יִשְׁפֹּט Jiſh-pót] *judicabit.* A שָׁפַט *judicavit, gubernavit, vindicavit, damnavit, condemnavit*, Fut. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: אֶשְׁפֹּט *judicabo*, תִּשְׁפֹּט *judicabis*, יִשְׁפֹּט *judicabit.* תִּשְׁפְּטוּ *judicabitis.*

437 תֵּבֵל Te-bhél] *orbem habitabilem.* Nom. radicale, plerunque fœmin. תֵּבֵל *orbis*, pars terræ habitabilis, οἰκουμένη. convenit cum תֵּבֵל (à בָּלַל *confudit*,) *confuſio, mixtio*, quòd in hoc mundo omnia ſint mixta, confuſa. אֶרֶץ וְתֵבֵל *terra & orbis habitabilis*, Pſ. 90. 2.

438 בְּמֵישָׁרִים Beme-ſha-rím] *in rectitudinibus.* A יָשָׁר *rectus, æquus fuit*, fit plur. tantùm מֵישָׁרִים *rectitudines, æquitates*, Nom. Heemanthic. ubi (י) quieſcit in (ֵ) R. 161. n. 1. *Oculi tui videbunt* מֵישָׁרִים *rectitudines*, Pſ. 17. 2. *Ego* מֵישָׁרִים *rectitudines judicabo*, Pſal. 75. 3. i. e. rectiſſimè, ut Pſ. 96. 10. *Judicabit populos* בְּמֵישָׁרִים *in rectitudinibus*, ubi ב eſt periphraſis adverbii. R. 8. n. 3.

Verſ. 10.

439 וְיִהִי Vi-hí] *Et erit.* Ab הָיָה *fuit*, Fut. Kal, quod flectitur ſic: אֶהְיֶה *ero*, (ubi ה quieſcit in (ֶ) R. 65. וָאֶהְיֶה *& fui*, Pſ. 102. 8. (ubi ו Converſiv. ante א, eſt cum (ָ) R. 79.) *Poſſeſsio eorum in ſeculum* תִּהְיֶה *erit*, Pſ. 37. 18. At frequentiùs flectitur apocopatâ tertiâ radi-

radicali ה, & quieſcente mediâ (ו) quod huic verbo ſpeciale eſt, R. 67. n. 5. Ut autem (ו) quieſcat, exigit ante ſe (.) ac (:) cum ſimplex, tum compoſitum ſubjicitur literis אתיו tanquam nativum illorum punctum, R. 25. ſicque facit אֶהְיֶה *ero*, וָאֶהְיֶה *& fui*, Pſ. 18. 24. cum ו Converſivo. וַיְהִי *ſit, erit*, Pſ. 33. 22. וַיְהִי *& fuit*, Pſ. 18. 19. ſublato dageſh ex (י) R. 20. quod ו Converſivũ imprimere debuit R. 79. *Ipſe dixit* וַיְהִי *& fuit*, Pſ. 33. 9. i. e. factum eſt. (ubi ob accentum Athnach, (:) convertitur in (ֲ) R. 132. וַיְהִי *& erit*, ubi (:) ſub (ו) tollitur quoniam præcedit (.) R. 8. תְּהִי *ſit, erit.* (fœm.) Pſ. 69. 26. וַתְּהִי *& fuit*, Pſ. 69. 11. In plur. ante Affirmativ. ו tollitur ה, R. 66. fitque תִּהְיוּ *ſitis*, Pſ. 32. 9. יְהִיוּ *ſint, erunt*, Pſ. 19. 15. וַיְהִיוּ *& erunt*, Pſ. 106. 36. תִּהְיֶינָה אָזְנֶךָ *ſint aures tuæ*, Pſ. 130. 2. (ubi ante ſyllabam affirmativ. fœmin. נָה, ה mutatur in (י) quieſcens præcedente (ֶ) R. 66.

440 מִשְׂגָּב Miſ-gábh] *locus editus.* A שָׂגַב *exaltatus fuit, in loco ſublimi ſtetit*, Nom. Heemanth. maſc. ſine plurali, מִשְׂגָּב *exaltatio, locus editus* & hoſtibus inacceſſus, *refugium, aſylum.* Cum præfixo, לְמִשְׂגָּב *in locum refugii*, Pſ. 48. 4. Cum Affixo reſolvit (ָ) in (-) & dageſh, R. 112, fitque מִשְׂגָּבִי *locus editus meus*, Pſ. 18. 3.

441 לַדָּךְ Lad-dách] *ipſi pauperi.* A דָּכָה *contudit, contrivit*, Nom. maſ. ſine plur. דַּךְ *pauper, miſer*, q. contuſus. Legitur in SS. idque in Pſal. ter tantùm. *Ne reducas* דַּךְ *attritum, ignominia affectum*, Pſ. 74. 21. Targ. מִסְכֵּן *pauperem.* In pauſa ſcribitur cum (ָ) *Refugium* לַדָּךְ *pauperi*, ubi ל excludit ה Emphat. *Ad judicandum pupillum* וְדָךְ *& pauperem*, Pſ. 10. 18. ubi ו cum (ָ) ante accentum diſtinctivum Tiphcha.

442 בְּצָרָה Bats-tſa-rá] *in ipſa angustia*, A maſc. צַר ſuprà Num. 128. fit fœm. צָרָה *angusta*, & ſubſtantivè *angustia, angor* animi, *cruciatus* corporis, *mœſtitia.* Cum Præfix. וְצָרָה *et angustia*, בְּצָרָה *in angustia*, & excluſo ה Emphat. בַּצָּרָה *in hac angustia*, Pſ. 10. 1. Et cum duplici ſigno fœminino, ad majorem emphaſin, בַּצָּרָתָה לִי *in ipſa ſumma angustia mihi*, i. e. mea, Pſal. 120. 1. ut ſuprà Num. 135. Cum Affix. mutato ה in ת, R. 104. *In die* צָרָתִי *angustiæ meæ*, Pſ. 77. 3. In plur. צָרוֹת *angustiæ*, בְּצָרוֹת *in angustiis.* Cum Affix. *Ab omnibus* צָרוֹתָיו *angustiis ejus*, Pſ. 25. 22. צָרוֹתָם *angustiis eorum*, Pſ. 34. 18.

Verſ. 11.

443 וְיִבְטְחוּ בְךָ Vejibh-tehhú bechá] *Et ſperabunt in te.* Targ. וְיִתְרַחֲצוּן בְּמֵימְרָךְ *& confident in verbo tuo.* A בָּטַח *fidit, ſperavit*, Fut. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: אֶבְטַח *ſperabo*, & in pauſa cum (ָ) אֶבְטָח *confidam*, Pſal. 44. 7. וַיִּבְטַח *& ſperavit*, Pſ. 52. 9. cum ו converſivo. אַל תִּבְטְחוּ *ne confidatis*, Pſ. 62. 11. וְיִבְטְחוּ *& confident.*

444 לֹא עָזַבְתָּ Lo-ʿa-zábh-ta] *non dereliquiſti.* A עָזַב *deſeruit, dereliquit*, tueri aut juvare omiſit, nolùit. Præt. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: עָזַב unde cum Affix. mutato (ָ) in (-) R. 114. & (-) in (ָ) R. 121. עֲזָבַנִי *dereliquit me*, Pſ. 38. 11. עֲזָבוֹ *dereliquit eum*, Pſalm. 71. 11. עָזַבְתָּ *dereliquiſti*, Cum Affixo, אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי *Deus mi, Deus mi, quare deſeruiſti me*, Pſ. 22. 2. Targ. אֱלָהִי אֱלָהִי לְמָא שְׁבַקְתָּנִי *Deus mi, Deus mi, quare dereliquiſti me*, quibus verbis Salvator noſter in cruce pendens, uſus eſt, Mar. 15. 34. ἐλωὶ ἐλωὶ λαμὰ σαβαχθανί

θανί, ubi ἐλωὶ ex אֱלָהִי omisso ה (quoniam Græcis aspiratio in medio non est in usu) & λαμᾶ σαβαχθανί ex לָמָּה שְׁבַקְתָּנִי dilatato (:) per vocalem *A.* עֲזָבְתִּי *dereliqui*, Pſ. 119. 87. וְעָזְבוּ *& reliquerunt*, Pſ. 49. 10. Cum Affix. tranſpoſitis punctis, R. 98. עֲזָבוּנִי *dereliquerunt me*, Pſalm. 27. 10. ex עֲזָבִי

445 דּוֹרְשֶׁיךָ Do-reſhe-chá] *quærentes te.* A דָּרַשׁ *ſtudioſè quæſivit, exquiſivit, inveſtigavit*, Benoni Kal, דֹּרֵשׁ *ſtudioſè quærens ſanguinem*, Pſal. 9. 13. i. e. repoſcit, & cum וְ דֹּרְשִׁי *quærens animam meam*, Pſ. 142. 5. In plur. דּוֹרְשִׁים In Regim. דֹּרְשֵׁי *quærentes Deum*, Pſ. 69. 33. וְדֹרְשֵׁי *& quærentes Jehovam*, Pſal. 34. 11. Cum Affix. דֹּרְשֶׁיךָ *quærentes te*, דֹּרְשָׁיו *quærentes eum*, Pſal. 22. 27. & ſuppreſſo (י) דֹּרְשָׁו Pſal. 22. 6.

Verſ. 12.

446 זַמְּרוּ Zam-merú] *Pſallite.* A זָמַר ſuprà Num. 375. Imperat. pl. Pihel, זַמְּרוּ *Canite Domino*, Targ. שַׁבְּחוּ קֳדָם יְיָ *Laudate coram Domino.* Et in pauſa revocato (:) ad ſuam originem, id eſt in (..) R. 132. זַמְּרוּ *pſallite*, Pſ. 47. 7. (eſt enim in ſingulari זַמֵּר) וְזַמְּרוּ *& pſallite*, Pſ. 98. 4.

447 הַגִּידוּ Hag-ghi-dhu] *annunciate.* A particula נֶגֶד *coram*, verbum formatum in Hiph. abjecto נ R. 69. הִגִּיד *nunciavit, annunciavit*, q. res novas *coram indicavit.* Imperat. pl. Hiph. הַגִּידוּ *coram indicate.*

448 עֲלִילוֹתָיו ʿali-lo-tháv] *opera ejus.* A עָלַל *aliquid operatus eſt*, Nom. fœmin. עֲלִילָה *opus, ſtudium, conatus*, & in malum, *fraus, turpe opus*, Pſ. 14. 1. In plur. עֲלִילוֹת *opera, operationes*, Pſ. 141. 4. Cum Affix. וּבַעֲלִילוֹתֶיךָ *& in operibus tuis*, עֲלִילוֹתָיו *opera ejus*, עֲלִילוֹתָם *opera eorum.*

Verſ. 13.

449 אוֹתָם O-thám] *illorum.* אֵת *articulus Accuſativi caſus* : cum Affixis Levibus mutat (..) in י ſitque אוֹתִי *me*, Pſ. 31. 6. אוֹתְךָ *te*, Pſ. 25. 6. אוֹתוֹ *eum*, Pſ. 18. 1. אוֹתָהּ *eam ipſam rem*, Pſ. 27. 4. אוֹתָם *eos.* Cum Gravibus autem, mutat (..) in (ֶ) אֶתְכֶם *vos*, Pſal. 129. 8.

450 זָכְרָ Za-chár] *recordatus eſt.* A זָכַר ſuprà Num. 396. Præt. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: זָכְרָ *memor fuit*, & in pauſa cum (ָ) R. 131. זָכָר Cum Affix. mutato (ָ) in (:) & (-) in (ָ) R. 121. זְכָרָנוּ *recordatus eſt noſtri.* Pſ. 115. 12. זָכַרְתָּ *recordatus es*, cum Affix. correpto (ַ) in (:) אֲשֶׁר לֹא זְכַרְתִּיךָ *quorum non memor fuit ipſorum*, Pſ. 88. 6. pleonaſmus, ut ſuprà Num. 39. זָכַרְתִּי *memor fui.* Cum Affix. mutato (ַ) in (:) זְכַרְתִּיךָ *recordatus ſum tui*, Pſ. 63. 7. זָכְרוּ *recordati ſunt.*

451 לֹא שָׁכַח Lo-ſha-cháhh] *non oblitus eſt.* A שָׁכַח *oblitus fuit*, Præt. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: שָׁכַח *oblivioni tradidit*, Pſ. 10. 11. הִשְׁכַּח *an oblitus eſt*, Pſ. 77. 10. cum ה Interrogativo, R. 77. שָׁכַחְתָּ *oblitus es*, Cum Affix. mutato (ַ) in (:) שְׁכַחְתַּנִי *obliviſceris mei*, Pſ. 42. 2. שְׁכַחְתִּי & in pauſa שָׁכַחְתִּי *oblitus ſum*, Pſ. 119. 61. שָׁכְחוּ *obliti ſunt.* שָׁכַחְנוּ *obliti ſumus.* Cum Affix. mutato (ַ) in (:) שְׁכַחֲנוּךָ *obliti ſumus tui*, Pſal. 44. 18. ubi (:) ſub gutturali dilatatur per (-)

452 צְעָקַת Tſa-ʿakáth] *clamoris.* A צָעַק *clamavit*, Nom. fœmin. צְעָקָה *clamor, vox magna.* In Regim. converſo ה in ת & (ָ) penult. in (ַ) ſub gut-

gutturali in compoſitum (־) quod punctuat præcedentem fit צַעֲקָתִי

453 עֲנָוִים ע ana-vím] *pauperum manſuetorum.* A עָנָה *afflixit, humiliavit*, Nom. Maſc. עָנִי *afflictus, humilis, manſuetus.* In plur. mutato (ִ) in (־) עֲנִוִים *manſueti*, h.l. עֲנִיִּים cum (י) ſecundùm literas eſt עֲנִיִּים *pauperes*, & ſecundùm puncta עֲנָוִים *manſueti.* Ubicunque igitur occurrit cum (ִ) ſub נ, ſemper legendum eſt עֲנָוִים aliâs עֲנִיִּים Cum Præfix. וְעַנְוִים *& manſueti.* Pſ. 37.11. In Regim. mutato (ִ) in (:) R.114. (־) amittit ſuum (:) R. 15. fítque עַנְוֵי *manſuetos terræ*, Pſ.76.10.

Verſ. 14.

454 חָנֵּנִי Hhon-né-ni] *Miſerere mei.* A חָנַן ſuprà Num.176. Imper. Kal, quod regulariter eſſet חָנוֹן At ob Affixum, ו tranſit in (ֵ) R. 98. fítque חָנֵּנִי

455 רְאֵה Reé] *vide.* A רָאָה *vidit*, Imper. Kal, exit in (..) R.65. רְאֵה *vide*, וּרְאֵה *& vide*, Pſ.59.5. In fœmin. genere & num. plur. abjecto ה, R.66. facit וּרְאִי *& vide (filia)* Pſ.45.11. וּרְאוּ *& videte.* Pſ.34.9.

456 עָנְיִי ע on-jí] *afflictionem meam.* A עָנָה *afflixit*, Nom. maſc. ſine plur. עֳנִי *afflictio* facultatum, carnis & mentis. *Vincti* עֳנִי וּבַרְזֶל *afflictione & ferro*, Pſ.107.10. i.e. fune & compedibus. In pauſa, mutato (ֳ) in ִ fit עָנִי R.132. unde מֵעֳנִי עָנְיִי *ab afflictione*, Pſ.88.10. מֵעָנְיִי *ab afflictione*, Pſal. 107.41. Cum Affixis, (.) ante (ִ) tranſit in (:) R.123. & (ִ) amittit ſuum (:) R.15. facítque *Vide* עָנְיִי *afflictionem meam*, Pſ.25.18. בְּעָנְיִי *in afflictione mea*, Pſal.119.50. *Obliviſceris* עָנְיֵנוּ *afflictionis noſtræ*, Pſ.44.25.

457 מְשֹׂנְאָי Miſ-ſo-neáj] *ab oſoribus meis.* A שָׂנֵא ſuprà Num.236. Nom. participiale Kal, שֹׂנֵא *odio habens, oſor.* In plur. שֹׂנְאִים Cum Affix. מְשֹׂנְאָי *ab oſoribus meis*, Pſ.66.15. & in pauſa מִשֹּׂנְאָי cum (ִ) וּמִשֹּׂנְאָי *& ab oſoribus meis.*

458 מְרוֹמְמִי Mero-memí] *exaltans me.* A רוּם *altus fuit*, in Pihel quieſcente ſecundâ in ו, & geminatâ tertiâ, R.63. רוֹמֵם *elevavit, exaltavit, evexit, in altum ſuſtulit.* Particip. Pih. cum Affixo, מְרוֹמְמִי vel cum (־) loco (:) מְרוֹמֲמִי *elevans me.*

459 מִשַּׁעֲרֵי־מָוֶת Miſh-ſha-ya're-máveth] *è portis mortis.* Targ. מִתַּעְלֵי מָוְתָא *ab introitibus mortis.* Nom radicale maſcul. שַׁעַר *porta urbis*, & ſynecdochicè *ipſa urbs.* In pauſa mutato priori (-) in (ָ) R.131. facit שָׁעַר inde *Erubeſcent* שָׁעָר (in) *porta.* R 69. 13. i. e. in loco judicii, quod in porta exercebatur. Cum Præfix. *Iſta eſt* הַשַּׁעַר *illa porta Jehov.* Pſ.118.20. & excluſo ה Emphat. *Cum loquetur cum inimicis* בַּשָּׁעַר *in ipſa porta*, Pſ. 127.5. Targ. בְּתָרַע בֵּית דִּינָא *in porta domus judicii.* In plur. mutato priori (-) in (:) & poſteriori in (ִ) R. 120.121. fit שְׁעָרִים *ô portæ*, Pſ.24.7. In Regim. mutato (ִ) in (:) compoſitum (־) quod punctuat præcedentem, R.13. fit שַׁעֲרֵי *portæ mortis*, Pſ.107.18. *Diligit Dominus* שַׁעֲרֵי צִיּוֹן *portas Sionis*, Pſ.87.2. Targ. מַעֲלֵי בָתֵּי מִדְרְשָׁיָא *portas ſcholarum.* בְּשַׁעֲרֵי *in portis filiæ Sion.* Pſ.9.15. Cum Affixis, בְּשַׁעֲרַיִךְ *in portis tuis* (fœm.) *ô Jeruſalem.* Pſ 122.2. et in pauſa, cum (ִ) *Vectes* שַׁעֲרֵיךְ *portarum tuarum.* Pſ 147.13. *Ingredimini* שְׁעָרָיו *portas ejus*, Pſal. 100. 4.

Verſ. 15.

460 כָּל־תְּהִלָּתֶיךָ Col-tehil-la-thé-cha] *omnem laudem tuam*, propriè *laudem tuas*. Ab הָלַל *laudavit*, Nom. fœm. Heemanthic. תְּהִלָּה *laus, celebratio, prædicatio. Rectis decora eſt* תְּהִלָּה *laus*, Pſ.31.1. i.e. prædicatio. בִּתְהִלָּה *cum laude*, Pſ.100.4. ubi ב cum (.) ob ſequens (;) R.6. In Regim. mutato ה in ת R.34. fit תְּהִלַּת *laus Jehovæ*, Pſ.145.21. Cum Affixis convertit ת in ה R.104. fitque תְּהִלָּתִי *laus mea*, תְּהִלָּתְךָ *laus tua*, et in pauſa, תְּהִלָּתֶךָ *Tota die* תְּהִלָּתֶךָ *laudem tuam*. Pſ.35.28. בִּתְהִלָּתֶךָ *in laude tua*. תְּהִלָּתוֹ *laus ejus*, וְתְהִלָּתוֹ *& laus ejus*. In plur. תְּהִלּוֹת *laudes Iſraelis*, Pſal.22.4. *Nota*. Hoc loco in תְּהִלָּתֶיךָ jungitur Affix. plurale יךָ nomini ſingulari, ideóque diſtributio notatur, R.35.n.5. ut ſenſus ſit, *Enarrabo laudem tuas*, i.e. omnes et ſingulas laudes tuas.

461 בַּת־צִיּוֹן Bhath-tſi-jón] *filiæ Sionis*. Targ. בִּמְעָלֵנִי תַּרְעֵי כְנִישְׁתָּא דְצִיּוֹן *In ingreſſibus portarum eccleſiæ Sionis*. A בַּת *filius*, ſuprà Num.90. Nom.fœmin. בַּת *filia*, elilo נ pro בִּנַּת ut diſertiſſimè commonſtrat plurale בָּנוֹת. *Audi* בַּת *filia*, Pſ.45.11. וּבַת צוֹר *& filia Tyri*. Pſ.45.13. Targ. וְיָתְבֵי כַרְכָא דְצוֹר *& habitatores arcis Tyri*: nam nomen *Filii* aut *Filiæ* accommodatur ad urbis, loci, aut populi alicujus cives & incolas, quorum quaſi mater eſt locus nativitatis & educationis eorum. In plur. בָּנוֹת In Regim. & cum Affixis correpto (ֻ) in (ִ) R.114. fit בְּנוֹת *filiæ regum*, Pſ.45.10. Cum Affix. בְּנוֹתֵינוּ *filiæ noſtræ*, Pſ.144.12. *Sacrificarunt* אֶת־בְּנוֹתֵיהֶם *filias ſuas*, Pſ.106.37. וּבְנוֹתֵיהֶם *& filiarum ſuarum*, Ibid. v.38.

462 אֲגִילָה A-ghí-la] *exultabo*. A גול *exultare*, ſuprà Num.111. Fut. Hiph. quod abjectâ mediâ radicali ו, R.58. in Pſalm. flectitur ſic: אֲגִילָה *exultabo* Pſ.31.8. cum ה paragog. Et ex terminatione (..) יָגֵל *exultabit*, Pſ.13.6. & retracto accentu ad penultimam ob vicinitatem alterius accentus (ne videlicet ex conflictu duorum dura evaderet pronunciatio) ac mutato (..) in (ֵ) R.127. fit מַה־יָּגֵל *quàm exultabit*, Pſ.21.2. redundante (ֵ) Sic itidem ob ו Converſiv. וַיָּגֶל *& exultavit*, Pſ.17.2. תָּגֶל *exultabit* (fœm.) *terra*, Pſal.97.1. וְתָגֶל *& exultabit*, Pſal.96.11. & ex terminatione (ִי) תָּגִיל *exultabit anima mea*, Pſ.35.9. נָגִילָה *exultabimus*, Pſal.118.24. cum ה parag. יָגִילוּ *exultabunt*, Pſ.13.5. *In nomine tuo* יָגִילוּן *exultabunt*, Pſ.89.17. ubi ן paragog. trahit ſecum accentum, & mutat (ֵ) in (ִ) R.102. n.5. In tertia fœm. plur. תָּגֵלְנָה *exultabunt filiæ Sionis*, Pſ.48.12. & תָּגֵלְנָה *exultabunt oſſa*, Pſ.51.10. ubi elegans metaphora de re inanimata. Et cum ו Converſivo, וַתָּגֵלְנָה *& exultarunt filiæ Jehuda*, Pſ.97.8.

463 בִּישׁוּעָתֶךָ Bi-ſhu-ya-thé-cha] *in ſalute tua*. יְשׁוּעָה *ſalus*. Suprà Num.166. בִּישׁוּעָה *in ſalute*, Pſ.149.4. ubi (ִ) ſub (ָ) tollitur, ob præcedens (.) R.8. In Regimine converſo ה in ת facit יְשׁוּעַת *ſalutem Deo noſtro*, Pſal.98.3. Cum Affixis, mutato ה in ת fit, יְשׁוּעָתִי *ſalus mea*, מִישׁוּעָתִי *à ſalute mea*, Pſal.22.2. pro מִיְּשׁוּעָתִי ubi dageſh ex (ְ) ſchevato excluditur, R.20. quod Præfixum מ ei imprimere debuit, R.74. ſicque (ִ) ſub (ְ) tollitur, ob præcedens (.) R.8. וְיִשׁוּעָתִי *& ſalus mea*, Pſal.62.3. בִּישׁוּעָתִי *in ſalutem meam*, Pſal.91.16. יְשׁוּעָתֶךָ & in pauſa יְשׁוּעָתְךָ *ſalus tua*. בִּישׁוּעָתֶךָ *in ſalute tua*, Pſal.13.6. וּבִישׁוּעָתְךָ *& in*

in

in ſalute tua, Pſal.21.2. יְשׁוּעָתְךָ *ſalus tua ego* ô anima fœm. Pſal.35.3. cum (ֽ) loco ו R.107. *Deus* יְשׁוּעָתֵנוּ *ſalutis noſtræ*, Pſal.68.20. *Annunciate* יְשׁוּעָתוֹ *ſalutem ejus*, Pſ.96.2. בִּישׁוּעָתוֹ *in ſalute ejus*, Pſal.35.9. In plur. יְשׁוּעוֹת *ſalutes*, Pſal.18.51.

Verſ. 16.

1610 מִשְׁבָּרֶיךָ Mish-ba-ré-cha] *collisiones tuæ*, i. e. fragores tui. LXX. οἱ ὑπερῳρισμένοι σου *excelsa tua*: fortè legerunt מִשְׁבָּרֶיךָ *exaltationes tuæ*. A שָׁבַר *fregit*, Nom. m. Heemanth. מִשְׁבָּר *fractio, fractura, collisio*: It. *fluctus*, qui in tempestatibus maris colliduntur: *fragor maris*, quem edunt fluctus inter se collisi. In plur. מִשְׁבָּרִים In Regim. מִשְׁבְּרֵי־יָם *fluctus maris*, Psal. 93. 4. Cum Affix. *Et omnibus* מִשְׁבָּרֶיךָ *fracturis tuis afflixisti*, Psal. 88. 8. elatione maris, ob collisionem fluctuum edidisti vocem.

1611 וְגַלֶּיךָ Veghal-lé-cha] *& fluctus tui*. A גָּלַל *volvit, convolvit*, Nom. defectiv. גַּל *acervus*, lapidum convolutorum; sed in plur. usurpatur etiam de *fluctu maris*, quòd sit unda convolata æstuante mari. Ideóque assumpto dagesh, R. 125. facit גַּלִּים Cum Affix. גַּלֶּיךָ *fluctus tui*, גַּלָּיו *ejus*, גַּלֵּיהֶם *eorum*.

Vers. 9.

1612 יְצַוֶּה Jetsav-vé] *mandabit* misericordiam suam, i. e. submittet mihi. A צָוָה *jussit, præcepit, mandavit*, Fut. Pihel יְצַוֶּה *præcipiet*: & per apocopen, R. 67. וַיְצַו *& præcepit*, Psalm. 78. 23. cum ו Convers. pro וַיְצַוֶּה R. 20.

Vers. 10.

1613 בְּלַחֲצַ Bela-hhats] *in pressura* inimici. LXX. ἐν τῷ ἐκθλίβειν *dum affligit me inimicus*. q. esset Infinit. Pihel. A לָחַץ *coarctavit, pressit, oppressit*. Nom. m. sine plur. לַחַץ *pressura*. 8 legitur in SS. Cum Affix. mutato posteriori (-) in (־) R. 121. *Obliviscēris afflictionis nostræ* וְלַחֲצֵנוּ *& oppressionis nostræ*, Ps. 44. 25.

Vers. 11.

1614 בְּרֶצַח Bere-tsahh] *In occisione in ossibus meis, exprobrant me inimici mei.* i. e. inimicorum meorum convicia, occisionem meam existimo, graviora sunt quàm confractio ossium meorum: elegans Hebraismus. LXX. ἐν τῷ κατακλᾶσθαι *dum confringat ossa mea, exprobraverunt mihi.* Legerunt in Infinit. Kal. בְּרַצַּח *in occidendo*. A רָצַח *occidit*. Nom. m. רֶצַח *occisio*. Legitur bis in SS. Ezech. 21. 22. h. l. Verum h. l. Interpretes sumunt pro *gladio*, instrumento occisionis: ut sensus sit: בְּרֶצַח *cum gladio in ossa mea* sc: penetrant, & sic Kimchi. Targ. R. Salom. & Ab. Ezra, *quasi occisio, transfixio, & vulneratio est*, legerunt כְּרֶצַח

1615 חֵרְפוּנִי He-rephú-ni] *probro affecerunt me*. Ab חָרַף *probro affecit, carpsit*; (sc: ab ipsa Hebr. voce) Præt. Pih. חֵרֵף (pro. חֵרֵפ excluso dagesh, R. 19.) idem in Plur. חֵרְפוּ *probro affecerunt*. Cum Affix. חֵרְפוּנִי *probro affecerunt me*, Psalm. 102. 9. חֵרְפוּךָ *te* Psalm. 79. 12.

PSALMVS XLIII. מג

Vers. 2.

1616 זְנַחְתָּנִי Zenahh-tá-ni] (quare) *repulisti me*. Præt. Kal, à זָנַח *repulit, re-*

jecit: notat elongationem alicujus rei ob faſtidium. In ſecunda perſ. זְנַחְתָּ Targ. רְחֵקְתָּא *removiſti in finem*? Pſal. 74. 1. Cum Affix. correpto (ָ) primæ ſyllabæ in (ִ) זְנָחַתָּנִי *removiſti me*, abominatus es. זְנַחְתָּנוּ *nos*, Pſalm. 60. 3.

Verſ. 3.

1617 שְׁלַח She-láhh] *Mitte*. Imper. Kal, à שָׁלַח *miſit, emiſit*.

1618 יְבִיאוּנִי Jebhi-ú-ni] *deducant me*. A בוֹא *venire*, Hiph. הֵבִיא *fecit venire*, i. e. duxit, deduxit. Fut. Hiph. יָבִיא R. 58. & cum defectu (ִ) יָבֵא *attulit*, Pſal. 78. 29. Cum ו converſ. וַיָּבֵא *& venire fecit*, Pſal. 105. 40. Cum Affix. mutato (ָ) in (ִ) וַיְבִיאֵם *& adduxit eos*, Pſal. 78. 54. In plur. וְנָבִיא *& inducamus*, Pſalm. 90. 12. יָבִיאוּ *deducent*, Cum Affix. יְבִיאוּנִי

וְאֶל־מִשְׁכְּנוֹתֶיךָ *& ad habitacula tua*. Targ. וּלְמִדְרְשֵׁי בֵּית שְׁכִינְתֶךָ *& in ſcholas domus majeſtatis tuæ*.

Verſ. 4.

1619 גִּילִי Gi-lí] (gaudium) *lætitiæ meæ*. LXX. *qui lætificat* τὸν νεότητά μου *juventutem meam*: acceperunt ex ſignificatione Arabica. A גּוֹל *exultare*, m. ſine plur. גִּיל *exultatio, lætitia*. Octies legitur in SS. aliâs גִּיל eſt Imperat. Hiph. ut dictum Num. 11. Cum Præf. בְּשִׂמְחָה וְגִיל *& exultatio*, בְּשִׂמְחָה וְגִיל *cum gaudio & lætitia*, Pſ. 45. 16. ubi ו cum (ָ) R. 78. Cum Affix. גִּילִי *exultatio mea*.

PSALMVS XLIV מִזְמוֹר

Verſ. 2.

1620 סִפְּרוּ Sip-peru] *narrarunt*. A סִפֵּר *enarravit*, dicta aut facta *numeravit*. Præt. Pih. סִפַּרְתִּי *enumeravi*, סִפְּרוּ *numerarunt*.

1621 קֶדֶם Ké-dhem] (in diebus) *antiquitatis*. A קִדֵּם *anticipavit*, Nom. m. קֶדֶם *tempus & locus anterior*. Pro tempore Latin. exprimitur per *prius, ante, ſeculum, antiquitas, olim*. Pro loco, *Oriens*, quòd ſit occidente prior. Cum Præfix. *Eloquar ænigmata* מִקֶּדֶם *à ſeculo*, Pſalm. 78. 2. אָחוֹר וָקֶדֶם *retrò & ante*, Pſ. 139. 5. ubi ו cum (ָ) R. 78.

Verſ. 3.

1622 הוֹרַשְׁתָּ Ho-ráſh-ta] *expuliſti*. A יָרַשׁ *poſſedit*, in Præt. Hiph. mutato (ו) in ו R. 57. הוֹרִישׁ *poſſidere fecit aliquem*, activè vel paſſivè, i. e. poſſidendum aliquid conceſſit: Vel, in poſſeſſionem illius bona alicujus tradidit, i. e. poſſeſſione ſpoliavit, ut aliò abeat *expulit*, exterminavit. In ſecunda perſ. הוֹרַשְׁתָּ

1623 וַתִּטָּעֵם Vat-tit-ta-yém] *& plantaſti eos*. A נָטַע quocunque modo *plantavit, firmavit*: ſicque differt à שָׁתַל quod dicitur de arboribus, quæ unâ cum radice plantantur. Fut. Kal, compenſato per dageſh. R. 66. תִּטַּע *plantabis*: Cum Affix. (-) tranſit in (ָ) R. 121. fitque cum ו Converſ. וַתִּטָּעֵם *& plantaſti eos*, וַתִּטָּעֶהָ *& plantaſti eam*, Pſal. 80. 9. וַיִּטָּעוּ *& plantaverunt*, Pſal. 107. 37.

1624 תָּרַע Ta-ráʿ] *malefeciſti*. Targ. תַּבַּרְתָּ *confregiſti* (q. à רָעַע *fregit*.) A רוּעַ in Hiph. abjecto ו R. 58. הֵרַע *malo affecit, malè tractavit*, Fut.

Hiph. הֵרַע contractè pro הָרַע In pl. הֲרֵעוֹ *malefaciatis*, Pſ. 105. 15.

1625 וַתְּשַׁלְּחֵם Vat-teſhal-lehhém] *& emiſiſti eos.* A שָׁלַח *miſit.* Fut. Pih. quod in Pſalm. flectitur ſic: וְאֲשַׁלְּחֵהוּ *& emiſi eum*, Pſal. 81. 13. cum Affix. & ו Converſivo. תְּשַׁלַּח *emittes*, cum Affix. & ו Converſ. וַתְּשַׁלְּחֵם *& emiſiſti eos.* יְשַׁלַּח *immittet*, cum ו Converſ. וַיְשַׁלַּח *& immiſit*, Pſalm. 106. 15.

Verſ. 4.

1626 יָרְשׁוּ Ja-reſhú] *poſſederunt.* Præt. Kal, יָרַשׁ *jure hæreditario poſſedit*; in plur. יָרְשׁוּ. In pauſa, יָרָשׁוּ redeunte (:) in (‥) q. ex יָרַשׁ R. 132. Cum Affixo, mutato (ָ) in (:) וַיִּרְשׁוּהָ *& poſſidebunt eam*, Pſal. 69. 36. ſublato (:) ſub (ִ) R. 8.

1627 רָצִיתָם Retſi-thám] *voluiſti eos.* A רָצָה *voluit, benevolus fuit, complacuit.* Præt. Kal, in ſecunda perſ. mutato ה in (ִ) R. 66. רָצִיתָ *benevolus fuiſti*, Pſal. 85. 2. Cum Affix. mutato (ָ) in (:) רְצִיתָם In plur. abjecto ה, רָצוּ *delectantur*, Pſal. 102. 15.

Verſ 5.

1628 צַוֵּה Tſav-vé] *præcipe*, Imper. Pih. צִוָּה *præcepit, mandavit.*

Verſ. 6.

1629 נְגִיחַ Nenag-géahh] *cornu petemus.* A נָגַח *cornibus petiit, feriit*, eſt cornupetarum, metaph. de hominibus. Prima perſ. pl. Fut. Pih. cum (-) Furtivo.

1630 נָבוּס Na-bhús] *conculcabimus.* A בוּס *calcare, conculcare.* Fut. Kal, formæ קוּם R. 90. יָבוּס *conculcabit*, Pſ. 60. 14. נָבוּס *calcabimus.*

Verſ. 8.

1631 הֲבִישׁוֹתָ Hebhi-ſhó-tha] *pudefeciſti*, Targ. אַיְתֵיתָא עֲלֵיהוֹן בְּהָתָא *adduxiſti ſuper eos pudorem.* A בוּשׁ *erubuit*, aliquando eſt modeſtiæ ſignum. Præt. Hiph. abjecto ו R. 58. הֵבִישׁ *pudefecit, pudore affecit.* In ſecunda perſ. aſſumpto ו, R. 61. הֲבִישׁוֹתָ & cum ה parag. הֲבִישׁוֹתָה *pudore affeciſti*, Pſal. 53. 6.

Verſ. 10.

1632 וַתַּכְלִימֵנוּ Vat-tach-li-mé-nu] *& confudiſti nos.* A כָּלַם *calumniari*, in Hiph. הִכְלִים *ignominiâ, damno, affecit, confudit*: ſemper in contemptum & de re turpi dicitur. Fut. Hiph. cum Affixo, & ו Converſ.

Verſ. 11.

1633 שָׁסּוּ Sha-ſú] *diripuerunt* ſibi. Targ. כְּבַשׁוּ יָתָנָא *ſubjecerunt nos.* A שָׁסָה *diripuit, depradatus eſt.* Præt. plur. Kal, abjecto ה R. 66. שָׁסּוּ

Verſ. 12.

1634 מַאֲכָל Ma-achal] (tanquam oves) *cibus.* Ab אָכַל *comedit*, Nom. m. Heemanth. ſine plur. מַאֲכָל *cibus, eſca.*

1635 זֵרִיתָנוּ Ze-ri-thá-nu] *diſperſiſti nos.* A זָרָה *ſparſit, diſperſit*: de perſonis ferè dicitur. Præt. Pih. mutato ה in (ִ) R. 66. & dageſh in (‥) R. 19. *Semitam meam* זֵרִיתָ *diſperſiſti*, Pſal. 139. 3. Vel per antiphraſ. *cinxiſti*, circumdediſti. Targ. אִתְעֲבַדְתְּ חֲרוֹנִי *factus es alienus*, q. זוּר *alienus fuit.*

Verſ. 13.

1636 תִּמְכֹּר Tim-cor] *Vendes.* A מָכַר *vendidit*,

vendidit, est antithet. ad קָנָה *acquisivit*. Fut. Kal, pro תִּמְכּוֹר ob Maccaph. R. 134.

1637 בְּלֹא־הוֹן Belo-hón] *sine substantia*, i. e. nihili. Targ. מַנִּין בְּלָא מְמוֹנָא *gratis absque divitiis*.

1638 רִבִּיתָ Rib-bí-tha] (neque) *auxisti*. A רָבָה *multiplicatus, auctus fuit*, in Pih. רִבָּה *multiplicavit, auxit*. Secunda pers. Præt. mutato ה in (ִ) R. 66.

1639 בִּמְחִירֵיהֶם Bim-hhi-re-hém] *in preciis eorum*. Ab inusitato מָחַר fit m. מְחִיר *precium*, quod datur pro re vendita, sive sit pecunia, sive quid aliud. Plur. Cum Affixo, ubi Præfix. ב est cum (.) ob sequens (:)

Vers. 14.

1640 וְקָלֶס Va-ké-les] (subsannationem) *& illusionem*. A קָלַס *illusit*. Nom. m. קֶלֶס *illusio*, Extat ter in SS. Jer. 20. 8. h. l. & Ps. 79. 4. וְקֶלֶס ubi ו cum (ְ) ob accentum R. 78.

Vers. 15.

1641 מָשָׁל Ma-shál] *proverbium*. LXX. εἰς παραβολὴν *in similitudinem*. A מָשַׁל *dominatus est*. Nom. m. מֶשֶׁל *parabola, proverbium*, quòd sit dominatrix sententia, κυριακὴ γνωμὴ, in sermone principatum tenens. Cum Præfix. לְמָשָׁל *in parabola*, Psal. 49. 5. בְּמָשָׁל *in proverbio*, Ps. 77. 2.

1642 מְנוֹד Menódh] Targ. מְלָשׁוֹל *motionem capitis*, gestus subsannantium. A נוּד *motus, vagatus fuit*. Nom. m. Heemanth. מָנוֹד *motio, agitatio*. Legitur h. l. tantùm in SS. idque in Regim. correpto (ָ) in (ְ) R. 114.

Vers. 16.

1643 כִּסָּחְתָנִי Kis-sáth-ni] *texit me*. A כָּסָה supra Num. 1273. Præt. fœm. R. 65. כִּסָּחְתָה Psal. 69. 8. ex Chaldaismo כָּסַת Cum Affixo, כִּסָּחְתָנִי In prima pers. *Ad te* כִּסָּחְתִי *abscondi*, Psal. 143. 9. i. e. tibi revelavi, quod homines celavi: pro כִּסִּיתִי

Vers. 17.

1644 מֵחֶרֶף Mehha-réph] (A voce) *probro afficientis*. Ab חָרַף *conviciatus est, probro affecit*. Part. Pih. cum (ֶ) loco dagesh, R. 19.

1645 וּמְגַדֵּף U-meghad-déph] *& blasphemantis*. LXX. καὶ κακολογοῦντος *& obloquentis*. A גָּדַף *blasphemavit*; gravius est quàm חָרַף ideóque ei postponitur. Particip. Pihel.

Vers. 18.

1646 שִׁקָּרְנוּ Shik-kár-nu] (nec) *mendaciter egimus*. LXX. οὐκ ἠδικήσαμεν *& inique non egimus*. Præt. Pih. שִׁקֵּר *mentitus est*, verbo vel reipsa *fefellit, dolosè, perfidè egit*. Prima pers. plur. שִׁקַּרְנוּ

Vers. 19.

1647 נָסוֹג Na-sógh] (non) *retroactum est* cor nostrum. A סוּג *recedere*, Pr. Niph. נָסוֹג supra Num. 1368.

Vers. 20.

1648 דִּכִּיתָנוּ Dic-ki-thá-nu] *contrivisti nos*. Præt. Pih. דִּכָּה *comminuit, contudit*. Legitur tantùm in Ps. in 2da per. mutato ה in (ִ) R. 66. *ossa* (quæ) דִּכִּיתָ *contrivisti*, Psal. 51. 10.

1649 תַּנִּים Tan-nim] (in loco) *draconum*, ubi dracones habitant. LXX. *in loco κακώσεως afflictionis*. Ab inusitato תָּנַן fit תַּנִּין *draco*, serpens. anno-

sus (ἀπὸ τῦ κέρως quòd hæc animal acutissimi visus esse tradatur, unde etiam à Poetis thesaurorum custodiis præesse fingitur) tam marinus quàm terrestris. In plur. תַּנִּינִים *dracones, ceti*, & contractè תַּנִּים

1650 וַתְּכַס Vat-tecás] *& operuit.* A כָּסָה *operuit.* Fut. Pih. in tertia pers. m. יְכַסֶּה cum Affix. mutato ה in (י) quiesc. וִיכַסֵּנִי *obtegetet eos*, Psal. 140. 10. In tertia fœm. תְּכַסֶּנָּה Cum ו Convers. apocopato ה R. 97. וַיְכַס *& texit* Ps. 136. 17. Cum Affixo abjecto ה, R. 103. וַיְכַסֵּנִי *& texit me*, Ps. 55. 6. In pl. וַיְכַסּוּ *& operuerunt*, Ps. 106. 10.

Vers. 21.

1651 וַנִּפְרֹשׂ Van-niph-rós] *& expandimus.* A פָּרַשׂ *expandit, extendit*, Fut. Kal, prima pers. plur. cum ו Convers.

1652 זָר Zár] (ad Deum) *alienum.* A זוּר *alienari*, Nom. participiale Kal, זָר *alienus*, tam à cohabitatione, quàm etiam à conjunctione sanguinis & religionis. Plur. זָרִים *alieni, peregrini*, Psal. 54. 5.

Vers. 22.

1653 יַחְקֹר Ja-hhakor] *perscrutabitur?* Ab חָקַר *scrutatus, perscrutatus est*, abstrusa *inquisivit.* Fut. Kal, essétque יַחְקוֹר at o ob Maccaph, est (ֹ) R. 134.

1654 תַּעְלֻמוֹת Ta-yalu-móth] *abscondita cordis.* A עָלַם *abscondit*, Nom. fœm. Heemanth, תָּעְלֻמָה *absconditum*, plur. תַּעְלֻמוֹת Legitur ter in SS.

Vers. 23.

1655 הוֹרָגְנוּ Ho-rágh-nu] (super te cui causâ) *occidimur*) Ab הָרַג *occidit, interfecit.* Præt. Pohal הוּרַג *occisus, interfectus fuit.* Legitur bis in SS. Esa. 27. 7. הוּרָג pro יֻהַג excluso da-

gesh R. 19. & h. l. in prima pl. הוֹרָגְנוּ

1656 נֶחְשַׁבְנוּ Nehh-shábh-nu] *æstimamur.* Ab חָשַׁב *cogitavit, reputavit, æstimavit.* Præt. Niph. נֶחְשַׁב *æstimatus fuit*, & contractè נֶחְשָׁב R. 14. In prima sing. נֶחְשַׁבְתִּי *æstimatus fui*, Psal. 88. 5. sic in prima pl. נֶחְשַׁבְנוּ

1657 טִבְחָה Tibh-hhá] (ut pecus) *mactationis.* Targ. הֵיךְ טָלְיָא דְּסִיד לְנִכְסָא *sicut ovis tradita mactationi.* A טָבַח *mactavit.* Nom. fœm. טִבְחָה *mactatio.* Occurrit ter in SS.

Vers. 24.

1658 הָקִיצָה Ha-kí-tsa] *expergiscere.* A קוּץ in Hiph. הֵקִיץ *expergefactus fuit*, suprà Num. 151. Imper. Hiph. הָקִיצָה cum ה parag.

1659 תִּזְנַח Tiz-náhh] (ne) *elonges te.* A זָנַח suprà Num. 1616. Fut. Kal, תִּזְנַח *rejicies*, Psal. 88. 15. וְנַח *repellet*, Psalm. 77. 8.

Vers. 26.

1660 שְׁחָה Shá-hha] *incurvata est* anima nostra. A שׁוּחַ *incurvavit, prostravit se.* Præt. Kal, שָׁחָה R. 59. in fœm. שְׁחָה Quidam putant esse ipsum thema שְׁחָה sed obstat accentus: nam *in Quiescent. primâ, accentus adhæret primæ radicali: in Quiescent. tertiâ, secundæ.*

1661 דָּבְקָה Da-bheká] *hæsit* ad terram venter noster: qui n. cadit, incubit manibus suis, atq; ita terræ vêter adhæresciti Targ. דְּבַקַת לְאַרְעָא גּוּבָא דִּילָנָא *adhæsit fundo foveæ venter noster*: Præt. Kal, à דָּבַק *hæsit, adhæsit.* In fœm. דָּבְקָה In prima sing. דָּבַקְתִּי *adhæsi*, Psal. 119. 31.

Vers. 27.

1662 עֶזְרָתָה Ez-rá-tha] *præsentissimum auxilium.* A עָזַר *auxiliatus est.* Nom. fœm. עֶזְרָה *auxilium*, & in

in forma Emphat. cum duplici signo fœm. עֶזְרָתָה *plenissimum auxilium.* Legitur solummodo in Psalm. ideque ter. h. l. & 63. 8. & 94. 17. Vide suprà Num. 135.

PSALMVS XLV. מה

1663 שְׁשַׁנִּים Shc-shan-nim] (super) *hexacharda*: ut scil: instrumento musico quod sex chordis constat accommodatetur. Targ. יָתְבֵי סַנְהֶדְרֵי *qui sedent in consilio Mosis.* q. ש esset ex אֲשֶׁר & שִׁים pro *doctoribus* & magistris Judæorum, qui Græcè δευτερωται *appellabantur*, a שָׁנָה *alterare, iterare.* LXX. ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων *pro his qui commutabuntur.* i. e. carmen ἀμοιβαῖον alternis decantatum, immutatis cantoribus: respexerunt ad שָׁנָה *mutavit*, שׁוֹנִים *variantes*, qui mutant. A שֵׁשׁ *sex*, fit שׁוֹשַׁן & שׁוּשָׁן *hexachordum*, It. *lilium*, quod sex foliis constat. Et alia forma שׁוּשִׁי Psl. 60. 1. *super* שׁוֹשַׁנַּת עֵדוּת *lilio testimonii*, monile factum instar lilii. In pl. assumpto dagesh euphonico, R. 18. fit שׁוֹשַׁנִּים

1664 יְדִידוֹת Jedhi-dhóth] (canticum) *amorum.* Epithalamium carmen, quo mutuus conjugum amor describitur. LXX. ὑπὲρ τῆς ἀγαπητῆς *pro dilecta.* Nom. radicale יְדִיד *dilectus.* Cum Affix. לִידִידוֹ *dilecto suo*, Psal. 127. 2. sublato (:) sub (ִ) ob præcedens (ַ) R. 8. Plur. יְדִידִים Cum Affix. יְדִידֶיךָ *dilecti tui*, Psl. 60. 7. In fœm. יְדִידָה *dilecta*, plur. יְדִידוֹת *dilectæ*, Psl. 84. 2.

Vers. 2.

1665 רָחַשׁ Ra-hhásh] *Eructavit* vel *ebullivit* cor meum: notat cordis locutionem, cum nondum ad os pervenit, egressum quærens. Præt. Kal, רָחַשׁ *eructavit*, It. præ calore & fervore *ebullivit*, ut fit in patella. Legitur h. l. tantùm in SS.

1666 עֵט עֶט] (lingua mea est) Targ. קוֹלְמוֹס *calamus, s. stylus.* Sicut scriba manu celeri verba dictantis excipit; sic lingua, ebullientis cordis conceptus promptissimè effert. A עִיט *volatile, avis.* Nom. m. sine plur. סְס *penna avis, calamus, stylus.* Extat 4. in SS.

1667 סוֹפֵר So-phér] *scribæ.* A סָפַר ore vel scripto *recensuit*, Nom. Participiale Kal, סוֹפֵר *scribens, scriba.*

1668 מָהִיר Ma-hír] *velocis.* A מָהַר *festinavit*, Nom. m. מָהִיר *festinus, velox, expeditus, promptus.*

Vers. 3.

1669 יָפְיְפִיתָ Joph-ja-phí-tha] *Pulcherrimus es.* Tar. שַׁפְרָךְ מַלְכָּא עִלַּי מִבְּנֵי נְשָׁא *pulchritudo tua, ô Rex* (Messia) *superat filios hominis.* LXX. ὡραῖος κάλλει *speciosus forma præ filiis hominum.* A יָפֶה *pulcher, formosus, speciosus fuit.* Præterit. Composit. ex Pyhal & Kal, Ex Pyhal est יָפְיָה R. 45. ex Kal, mutato ה in (י) R. 66. יָפְיְפִיתָ quâ compositione notatur summa personæ pulchritudo. *Cum enim prima & secunda thematis geminatur* (notante Ab. Ezra) *fit hoc ad incrementum significationis: cum verò secunda & tertia, ad diminutionem.*

1670 הוּצַק Hu-tsák] *diffusa est.* A יָצַק *fudit, effudit, diffudit.* Præter. Hoph. mutato (ו) in וּ R. 57. הוּצַק *fusus fuit.*

1671 חֵן Hhén] *gratia* in labiis tuis, scil: dotes illæ animi & corporis, quibus favor & benevolentia omnium conciliatur, ut Prov. 3. 22. *gratia gutturi,*

turi tuo, & cap. 31. 3. *mendacium* (est) *gratia*, (forma) Ab חָנַן *gratiosus fuit*. Nom. m. sine plur. חֵן *gratia, favor, suavitas* tam animi quàm corporis.

Vers. 4.

1672 חֲגֹר Hhaghór] *Accinge* gladium. Ab חָגַר *cinxit, accinxit*. Imper. Kal.

1673 יָרֵךְ Ja-réch] (super) *femur* ô Heros. Nom. radicale יָרֵךְ *femur* cum dicitur de hominibus: *latus* de aliis rebus. In fœm. יְרֵכָה in Duali, mutato ה in ת R. 30. יְרֵכָתַיִם unde in Regim. יַרְכָתַי *latera* septentrionis, Psal. 48. 3. בִּירַכְתֵי *in lateribus* domus tuæ, Psal. 128. 3.

Vers. 5.

¶ וְהַדְרְךָ *Et decore tuo*. i. e. gladio accinctus. LXX. καὶ ἔντεινον *& intende*: legerunt aliis punctis, וְהִדְרֶךָ *fac intendere*, à דָּרַךְ *arcum intendit*.

1674 צְלַח Tsélahh] *prosperè age*. A צָלַח *prosperè egit*, Imper. Kal.

1675 רְכַב Rechábh] *equita* super verbum veritatis: i. e. prodeas hac virtute ornatus in conspectum populi. Vel sic: *Prosperè equita, propter veritatem*, &c. ut verbum prius adverbiascat, R. 41. n. 2. A רָכַב *equitavit*, Imperat. Kal.

¶ וְעַנְוָה צֶדֶק *& mansuetudinis* (&) *justitiæ*. Vide suprà Num 840. Vel potest esse Imperativ. Kal, cum ה parag. mutato ה radicali in ו mobile, à עָנָה *respondit, prolocutus est*, וְעַנְוָה *& proloquere justitiam*.

1676 נוֹרָאוֹת No-ra-óth] (& docebit te) *terribilia* dextra tua, i. e. mirabiles & terribiles progressus regni tui videbis, in magnificis operibus promovendis. A יָרֵא *timuit*, Part. Niph. mutato (י) in נ, R. 56. נוֹרָא *terribilis, timendus*, וְנוֹרָא *& terribilis*, Psalm. 89. 8. Plur. fœm. נוֹרָאוֹת *terribilia*, Psal. 65. 6. Cum Affix. *Et robur* נוֹרָאוֹתֶיךָ *terribilium tuorum*, Psal. 145. 6.

Vers. 6.

1677 שְׁנוּנִים Shenu-nim] (sagittæ tuæ) *acutæ*, sc: ad transfigendum *in cor inimicorum regis*, i. e. tuorum, ut *populi sub te cadant*. A שָׁנַן *acuit*, Pahul Kal, שָׁנוּן *acutus, a, um*. Plural. שְׁנוּנִים Psal. 120. 4.

Vers. 7.

1678 מַלְכוּתֶךָ Mal-chu-thé-cha] (sceptrum) *regni tui*. A מָלַךְ *regnavit*, Nom. fœm. מַלְכוּת *regnum*. Cum Affix. כַּלְכוּתֶךָ (in pausa מַלְכוּתֶךָ) *regnum tuum*, מַלְכוּתוֹ *ejus*, וּמַלְכוּתוֹ *& regnum ejus*.

Vers. 8.

1679 וַתִּשְׂנָא Vat-tis-ná] *& odio habuisti* iniquitatem. A שָׂנֵא *odio habuit*, Fut. Kal, R. 64. cum ו Convers.

1680 מְשָׁחֲךָ Mesha-hha-chá] (propterea, i. e. eum in finem) *unxit te*. Targ. רַבִּינָךְ *constituit te Dominum*. Præt. Kal, à מָשַׁךְ *unxit*, ubi ob Affix. ( ) transit in (:) R. 114. & (-) in (.) R. 121. In prima pers. מָשַׁחְתִּיו *unxi eum*, Psal. 89. 21.

1681 שָׂשׂוֹן Sa-són] (oleo) *lætitiæ*, vel gaudii, cujus symbolum erat: ideóq; in conviviis usurpabatur, nunquam in luctu, Ps. 104. 15. *ad exhilarandum faciem oleo*. A שׂוּשׂ *gavisus, lætatus fuit*. Nom. Heemanth. formatum per וֹן, שָׂשׂוֹן *gaudium, lætitia*. בְּשָׂשׂוֹן *in lætitia*, Psal. 105. 43. In Regim. correpto (.) in (:) R. 114. שְׂשׂוֹן *gaudium salutis tuæ*, Ps. 51. 14.

1682 מֵחֲבֶרֶיךָ Me-hhabhe-ré-cha] *præ*

sociis

ſociis tuis. Targ. יַתִּיר מִן חַבְרָךְ *magis quàm ſocios tuos.* Ab חָבַר *aſſociavit*, de quocunq; ſocietatis ſ. communionis genere dicitur. Nom. m. חֵבֶר *ſocius*, Plur. חֲבֵרִים cum Affixo.

Verſ. 9.

1683 מֹר Mór] *Myrrha.* A מָרַר *amarus fuit*, Nom. m. ſine pl. מֹר *myrrha* (ſc. ab ipſa Hebr. voce) quæ eſt amara. Hîc ob odorem, cum aliis aromatibus jungitur.

1684 וַאֲהָלוֹת Va-ahalóth] *& aloe.* Tar. אֲקְסִי אֲלוּאִין idem quod Græc. ξυλοαλοὴ. *Lignum aloes.* Ab אָהַל *tentorium extendit*, Nom. pl. fœm. אֲהָלוֹת *aloe* (etiam ab ipſa Hebr. voce) non quòd ramos, ſed quòd odorem latiùs extendat.

1685 קְצִיעוֹת Ketſi-yóth] *caſſiæ, omnia veſtimenta tua*, ſc: ſuaveolentia, ad inſtar eorum aromatum. A קָצַע *abraſit.* Nom. fœm. קְצִיעָה *caſſia*, (nomen ab ipſa Hebr. voce) cortex odoratus (non autem fiſtula caſſia) ab abradendo. Legitur h. l. tantùm in SS.

Verſ. 10.

1686 בִּיקְרוֹתַיִךְ Bik-kero-thé-cha] (*Filiæ regum*, habitu, inceſſu, & educatione filias regum referentes) in *pretioſitatibus tuis*: quoniam ſcil: in pretioſiſſimum comitatum ſponſæ cooptatæ fuerunt. A יָקַר *pretioſus fuit*, Nom. fœm. יְקָרָה *pretioſum, res pretioſa.* Plur. יְקָרוֹת. Cum Præfixo eſſet בִּיקָרוֹת at more Syrorum (.) trajicitur ad præcedentem literam, R. 143. fitque cum Affix. בִּיקְרוֹתַיִךְ (quod *Gregor. Mayer* non animadvertens, ait eſſe erratum in punctis.)

1687 נִצָּבָה Nits-tſebhá] *collocata eſt.* Præt. Niph. vide ſuprà Num. 1534.

1688 שֵׁגַל She-ghál] *conjux.* LXX. ἡ βασίλισσα *regina.* Nom. radicale שָׁגַל legitur bis, h. l. & Neh. 2. 6. & dicitur tantùm de Auguſta ſive Regina.

1689 אוֹפִיר Ophír] (in auro) *Ophir.* ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ *in veſtitu deaurato.* אוֹפִיר nomen regionis cujuſdam Indiæ, auri pretioſi ditiſſimæ, 1 Reg. 9. 28. cujus aurum *obryzum* q. *ophirizum* i. e. præſtantiſſimum dictum eſt.

Verſ. 11.

1690 וְשִׁכְחִי Veſhich-hhi] *& obliviſcere* populi tui, & domus patris tui, i. e. morum patriæ & rituum. A שָׁכַח *oblitus eſt*, Imper. fœm. Kal, שִׁכְחִי.

Verſ. 12.

1691 וְיִתְאָו Vejith-áv] *Et deſiderabit.* Ab אָוָה *concupivit, valdè deſideravit.* Fut. Hithpah. per apocopen, R. 67. pro וְיִתְאַוֶּה In tertia plur. cum ו Converſ. וְיִתְאַוּו *& valdè appetiverunt*, Pſal. 106. 14.

1692 יָפְיֵךְ Joph-jéch] *pulchritudinem tuam.* A יָפָה *pulcher, formoſus fuit.* Nom. m. ſine plur. יֹפִי *pulchritudo, formoſitas, decor*: eſt formæ פְּרִי ideóque cum Affix. mutat (.) in (:) R. 123. & (ֵ) amittit ſuum (:) R. 15. In pauſa autem tranſit in ֶ, R. 132. ut, מִכְלַל יֹפִי *perfectio pulchritudinis*, Pſ. 50. 2.

Verſ. 13.

1693 צֹר Tſor] Et filia) *Tyri.* Targ. *habitatores arcis Tyri.* Vide ſuprà Num. 461. A צוּר *petra*, Nom. fœm. urbis Phœnicum nobiliſſimæ צֹר vel צוֹר *Tyrus*, quòd in petra eſſet extructa: olim inſula 700. paſſibus diviſa à continente: ſed ab Alexandro comporta-

tis aggeribus, continenti fuit adunata, ac tandem aquis marinis obruta, juxta vaticinium, Ezech. 26. Singulos ejus cives Esa. dicit fuisse q. totidem principes, cap. 23. unde quidam nomen *Tyranni* ductum volunt. Veteribus dicebatur *Surra* & *Sora*, ab ipsa scil: Hebr. voce: quemadmodum & Latinis *Tyrus*, commutatâ literâ Dentali in Lingualem.

1694 יְחַלּוּ Jehhal-lú] faciem tuam) *deprecabuntur*. Targ. יְשַׁחֲרוּן *quærent*. Ab חָלָה *dolnit, ægrotavit*: constructum cum פָּנִים *faciem alicujus placavit, deprecatus est, enixè precatus est*, orando vultum alicujus à prima sententia immutavit. q. iram, furorem, cujus index est facies, ægrotare fecit: vultus n. irascentis est rubicundior, vel (pro ratione constitutionis) pallidior, quem colorem postea miti oratione tollimus. Fut. plur. Pih. abjecto ה, R. 66.

1695 עֲשִׁירֵי yashi-ré] *divites* populi. A עָשַׁר *dives, locuples fuit*. Nom. m. עָשִׁיר *dives, opulentus*. Plur. in Regim.

Vers. 14.

1696 כָּל כְּבוּדָה Col-kebhu-dhá] *Tota* (est) *gloriosa* filia Regis: Cum Adjectivum præcedit, ellipsis verbi substantivi indigitatur, R. 35. Vel *Omnis gloria filiæ regis*. A כָּבַד *honoratus, gloriosus fuit*, Pahul fœm. Kal.

1697 פְּנִימָה Pení-ma] *ab intus*, vel *intrinsecus*. A פָּנִים cum ה Locali, פְּנִימָה *interiora loca*, quòd introrsum pergentibus, exteriora sunt retrò.

1698 מִמִּשְׁבְּצוֹת Mim-mish-betsóth] *ex ovillaribus* auri intelligitur vestis gemmis, fundis aureis inclusis, ornata. Nom. plur. fœm. Heemanch. à שָׁבַץ *aurifices oculis plenam texuit*.

Vers. 15.

1699 לִרְקָמוֹת Lir-ka-móth] *in vestibus acupictis*. A רָקַם *acupinxit*. Nom. fœm. רִקְמָה *vestis acupicta*: est formæ שִׂמְחָה R. 32. ideóque plur. facit רִקְמוֹת

1700 תּוּבַל Tu-bhál] *adducetur*. A יָבַל *duxit, adduxit*, sc: cum pompa & jubilo, (q. in יוּבַל *jubilæo*.) Futur. Hoph. mutato (ו) in ת R. 57. תּוּבַל in plur. תּוּבַלְנָה *adducentur*, v. 16.

1701 בְּתוּלוֹת Pethu-lóth] *virgines*. Nom. fœm. בְּתוּלָה *virgo matura*, & incorrupta, plural. בְּתוּלוֹת Cum Affix: וּבְתוּלוֹתֶיהָ *& virgines ejus*.

1702 אַחֲרֶיהָ A-hha-ré-ha] *post eam*. אַחַר *post*, modò loci, modò temporis. Cum Præfix. וְאַחַר *& post*, מֵאַחַר *à post lactantes adduxit eum*, Psal. 78. 70. i. e. à lactantibus, quas sequebatur. Assumit Affixa pluralia, R. 101. אַחֲרֶיךָ *post te*, אַחֲרָיו *post eum*, וְאַחֲרֵיהֶם *& post eũ*, אַחֲרֶיהָ *post eam*. וְאַחֲרֵיהֶם *& (qui) post eos*, Psal. 49. 14. i. e. posteri eorum.

1703 רֵעוֹתֶיהָ Re-ʿo-thé-ha] *sociæ ejus*. A רֵעָה *socius*, suprà Num. 572. Nom. fœm. abjecto ה R. 103. רֵעָה *socia, amica*. plur. רֵעוֹת cum Affixo.

1704 מוּבָאוֹת Mu-bha-óth] *adducuntur*. A בּוֹא *venire*, in Hiph. הֵבִיא *fecit venire*, i. e. adduxit: in Hoph. assumpto ו, R. 58. הוּבָא *ductus, adductus fuit*. Particip. pl. fœm. Hophal.

Vers. 17.

1705 לְשָׂרִים Lesa-rím] (pones eos) *in principes*. A שׂוּר vel שָׂרָה aut potius שָׂרַר (quæ tria sunt ejusdem significic.) *principem gessit, principatum tenuit*. Nom. m. שַׂר & שָׂרִי *princeps* plural. שָׂרִים *principes*. Cum Præfix. *Et sic-*

cut

cut unus שָׂרִים *principum*, Pſ. 82.7. לְשָׂרִים *in principes*. In Regim. invariato (·) R. 114. שָׂרֵי *principes Juda*, Pſal. 68. 28. Cum Affix. שָׂרָיו *principes ejus*.

Verſ. 18.

1706 יְהוּדוּךָ Jeho-dhú-cha] (populi) *confitebuntur tibi*, i. e. gratias agent, magnitudinem tuam agnoſcent, colent, & prædicabunt. Ab הוֹדָה *confiteri*, includit confeſſionem laudis & fraudis. Fut. Hiph. יוֹדוּךָ ſuprà Num. 875. at ex Chaldaiſmo inſeritur ה Characteriſt. Hiph. R. 137. fitque יְהוּדוּךָ

PSALMVS XLVI. מו

1707 עַל־עֲלָמוֹת yal-yala-móth] *ſuper abſtruſis & occultis rebus* (ex vi vocis עָלַם *occultavit*) LXX. ὑπὲρ τῶν κρυφίων *pro arcanis*. Targ. *quo tempore abſconditus eſt pater eorum* (abſorptu ſc: terræ) *ipſi autem liberati ſunt*. Vel, *ad ſymphoniam acutam*, quam virgines commodè exprimunt, (à עַלְמָה *adoleſcentula*) quòd fortaſſe ab adoleſcentulis decantaretur. Veriſimile etiam eſt, fuiſſe nomen Inſtrumenti muſici ex 1 Chron. 15.20. *Innablis ſuper* עֲלָמוֹת *Alamoth*.

Verſ. 2.

1708 נִמְצָא Nim-tſá] auxilium in anguſtiis) *inventus* valdè. i. e. præſens, promptus & paratus. A מָצָא Part. Niph. Num. 1480.

Verſ. 3.

1709 בְּהָמִיר Beha-mír] *in commutando terram*, i. e. ſi terra commutaret locum ſuum. LXX. ἐν τῷ ταράσσεσθαι *dum turbatur terra*. Targ. בַּד אִשְׁתְּלִיפוּ אֲבָהָתָנָא מִן אַרְעָא *cum immutati fuerint patres noſtri de terra*: (reſpicit ad hiſtoriam Core, Num. 26.) Ab הָמִיר ſuprà Num. 647. Infinit. Hiph. הָמִיר R. 58. cum ב

Verſ. 4.

1710 יֶהֱמְרוּ Jehh-merú] (fremant) *& turbabuntur* aquæ ejus, ſc: maris: vel *coacervabuntur* (ex Nom. חֹמֶר *acervus*) quòd fluctus maris ſint acervis ſimiles. Targ. מְסַשְׁשְׁשִׁין *inquinantur*, ſc: luto. Ab חָמַר *turbidus, lutulentus fuit, lutum excitavit*. Fut. Kal, ut in יֶאְשְׁמוּ Num. 1358.

Verſ. 5.

1711 יִשְׂמְחוּ Jeſam-mehhú] *latificabunt*. A שָׂמַח *lætatus eſt*, in Pih. שִׂמֵּחַ *latificavit*. Fut. Pih. יְשַׂמֵּחַ *lætitia afficiet*, Pſal. 104. 15. plur. יְשַׂמְּחוּ

Verſ. 6.

1712 לִפְנוֹת Liph-nóth] *in aſpicere* manè, i. e. aſpiciente vel apparente diluculo. A פָּנָה *aſpexit*, Gerund. Kal, R. 56.

Verſ. 7.

1713 הָמוּ Ha-mú] *Fremuerunt*. Ab הָמָה *fremuit, ſtrepuit, ſonum edidit* Præt. pl. Kal, abjecto ה, R. 66.

1714 מָטּוּ Má-tu] *commota ſunt*. A מוּט *nutare, vacillare*, ſemper importat aliquid mali. Præt. Kal, abjecto ו R. 59. מָט fœm. מָטָה *vacillavit* ſc: terra, Pſ. 60.4. Il. מָטּוּ

1715 מַמְלָכוֹת Mam-la-chóth] *regna*. A מָלַךְ *regnavit*, Nom. fœm. Heemanth. מַמְלָכָה *regnum*. Cum Præf. מִמַּמְלָכָה *è regno*, Pſal. 105. 13. Plur. וּמַמְלָכוֹת *& regna*, Pſ. 102. 23. In Regim. correpto (·) in (:) מַמְלְכוֹת *regna terræ*, Pſal. 68. 33.

1716 תָּמוּג Ta-múgh] *diſſolvetur* terra.

A מוג *dissolvit, liquefecit*: semper sumitur metaphoricè, Fut. Kal, R. 60.

Vers. 9.

1717 חֲזוּ Hhazú] *videte.* Ab חָזָה *vidit,* Imper. Kal, חֲזֵה plur. abjecto ה R. 66. חֲזוּ pro חֲזוּ

1718 מִפְעָלוֹת Miph-ʿalóth] *opera* Jehovæ. A פָּעַל *fecit, operatus est.* Nom. plur. fœm. Heemanth. מִפְעָלוֹת *opera.* In Regim. correpto (ו) in (:) R. 114. מִפְעֲלוֹת *opera Domini,* Pſal. 66. 5.

1719 שַׁמּוֹת Sham-móth] (qui poſuit) *vaſtitates* in terra. A שָׁמַם *vaſtatus, deſolatus fuit,* Nom. fœm. שַׁמָּה *vaſtatio, deſolatio,* לְשַׁמָּה *in deſolationem,* Pſal. 73. 19. Plur. שַׁמּוֹת

Vers. 10.

1720 מַשְׁבִּית Maſh-bíth] *Ceſſare faciens.* LXX. ἀνταναιρῶν *auferens bella.* A שָׁבַת *quievit, ceſſavit,* Part. Hiph.

1721 וְקִצֵּץ Vekits-tséts] *& amputabit,* Præt. Pih. קִצֵּץ *ſcidit, amputavit,* Pſal. 129. 4.

1722 עֲגָלוֹת ʿagha-lóth] *plauſtra.* LXX. ἁρμὰς *ſcuta.* A עָגַל *circulavit,* ſuprà Num. 694. Nom. fœm. עֲגָלָה *plauſtrum, currus,* quòd ſuper rotas volvatur. plur. עֲגָלוֹת

1723 יִשְׂרֹף Jis-róph] *comburet.* A שָׂרַף *uſsit, combuſsit,* Fut. Kal.

PSALMVS XLVII. מז

Vers. 2.

1724 תִּקְעוּ Tik-ʿú] *plaudite.* Targ. תִּקְעוּ יְדָא בְּהֵדְוָא *figite manum in gaudio.* A תָּקַע *fixit, infixit* clavum aut paxillum. It. fixit ſpiritum in buccinam, i. e. *clanxit, claſsicum cecinit.* It. fixit manui manum, i. e. *complosit,* quod eſt ſignum lætitiæ. Imper. Kal, תִּקְעוּ *clangite buccinâ,* Pſ. 81. 4.

1725 הָרִיעוּ Ha-rí-ʿu *jubilate.* Ab הֵרִיעַ ſuprà Num. 1590. Imper. Hiph. הָרִיעוּ Pſ. 66. 1.

Vers. 5.

1726 גְּאוֹן Geón] (elegit) *magnificentiam* Jacob. Targ. יַת בֵּית מַקְדְּשָׁא דְּבֵיתֵהּ יַעֲקֹב *domum ſanctuarii, domum Jacob.* A גָּאָה *altus, elatus, excellens fuit,* Nom. m. גְּאוֹן *elatio,* in bonum, *magnificentia,* in malum, *faſtus, ſuperbia.* In Regim. גְּאוֹן R. 114. Cum Affix. בְּגַאֲוָתָם *in ſuperbia eorum,* Pſal. 59. 13.

Vers. 6.

1727 שׁוֹפָר Sho-phár] (in voce) *tubæ.* Nom. radicale שׁוֹפָר *buccina, tuba,* Pſal. 81. 4. quæ olim fiebat ex cornu bubulo: cujus uſus erat in bello & ſolennitatibus.

Vers. 10.

1728 נְדִיבֵי Nedhi-bhé] *Principes* populorum. A נָדַב *voluntarius, liberalis fuit, ſponte dedit.* Nom. m. נָדִיב *ſpontaneus, liberalis, ingenuus, princeps,* quem decet liberalitas. In plur. mutato (ַ) in (ִ) נְדִיבִים *ingenui,* Pſ. 107. 40. בִּנְדִיבִים *in principibus,* Pſ. 118. 9. In Regim. נְדִיבֵי *principes populi,* Pſ. 113. 8. Cum Affix. נְדִיבֵמוֹ *principes eorum,* Pſ. 83. 12. cum defectu (ו) pro נְדִיבֵימוֹ In fœm. נְדִיבָה (& ſpiritum) *ingenuum,* Pſ. 51. 14.

1729 אַבְרָהָם Abhra-hám] (& populus Dei) *Abraham.* Nomen notiſſimum fidelis Patriarchæ, qui primùm vocatus fuerat אַבְרָם *pater excelſus,* (ex אַב *pater* & רָם *excelſus*) ut Philo ait

ait, *homo cœli, ſublimis, & æthereæ naturæ ſcrutator. Poſt ex homine cœli factus eſt homo Dei, juxta vaticinium*, Gen. 17. *Ego Deus tuus, eſto inculpabilis.* Dictúſque אַבְרָם *pater multitudinis*, adjecto ad אַבְרָם τὸ הָמוֹן *multitudo.* Verùm quò vox ea pronunciatu mollior, auditúque acceptior eſſet, ex nomine אַבְרָם demptum eſt ם, & ex הָמוֹן ſyllaba ון detracta, & ita factum אַבְרָהָם

1730 נַעֲלָה Na-ʿalá] (valdè) *exaltatus eſt* ſc: Deus. A עָלָה *aſcendit*, Præt. Niph. נַעֲלָה *elevatus, exaltatus, ſublatus fuit.* In ſecunda perſ. mutato ה in (י) R. 66. *Vehementer* נַעֲלֵיתָ *exaltatus es*, Pſ. 97. 9.

PSALMVS XLVIII. מח

Verſ. 3.

1731 יְפֵה Jephé] *Pulcher.* A יָפֶה *pulcher, formoſus fuit.* Nom. m. יָפֶה *pulcher, formoſus.* In Regim. convertit (ֶ) in (ֵ:) R. 114. & (ָ) in (ֲ..) R. 122.

1732 נוֹף Nóph] *climate.* Nom. radicale, נוֹף *tractus, regio, provincia.* Legitur h. l. tantùm in Bibliis.

1733 מְשׂוֹשׂ Meſós] *gaudium* totius terræ mons Tſijon. A שׂוּשׂ *gaudere, lætari*, Nom. Heemanth. מְשׂוֹשׂ *gaudium.* In Regimine corripit (ֹ) in (ְ:)

1734 צָפוֹן Tſa-phón] (ad latera) *aquilonis.* A צָפַן *abſcondit*, Nom. m. צָפוֹן *pars cœli borealis*, q. Soli abſcondita: quòd iter Solis ad eam plagam non vergat, ſed ad meridianam. Latinis dicitur *Aquilo*, ab Aquilone vento frigido & ſicco, cujus volatus eſt vehementiſſimus inſtar Aquilæ. It. *Septentrio*, à ſeptem ſtellis in ea cœli parte ſitis, quarum ternæ quæque proximæ, inter ſe trigonum i. e. triquetram figuram (vulgo triangulum) conſtituunt. Cum Præfix. מִצָּפוֹן *ab aquilone*, Pſ. 107. 3.

1735 קִרְיַת Kir-játh] *civitas* regis magni. A קָרָה *contigit, contignavit*, Nom. fœm. קִרְיָה *civitas, oppidum* domibus conſtans contiguis, q. *contignatio.* In Regim. vertit ה in ת-

Verſ. 4.

1736 בְּאַרְמְנוֹתֶיהָ Bear-meno-thé-ha] *in palatiis ejus.* Ab inuſitato אֶרֶם Nom. com. gen. cum plur. fœm. אַרְמוֹן *palatium*, ædificium magnum & altum, ſícque convenit cum רוּם *altum eſſe.* Plur. אַרְמְנוֹת Cum Affix. אַרְמְנוֹתֶיהָ *palatia ejus*, Infrà v. 14. בְּאַרְמְנוֹתַיִךְ *in palatiis tuis*, fœm. Pſ. 122. 7.

Verſ. 5.

1737 נוֹעֲדוּ No-ʿadhú] *congregati ſunt.* A יָעַד certo loco & tempore *venit, convenit:* in Præt. Niph. mutato (ָ) in (ֲ) R. 56. נוֹעַד *congregatus, confœderatus fuit.* Plur. נוֹעֲדוּ

Verſ. 6.

1738 תָּמָהוּ Ta-má-hu] *admirati ſunt.* Præt. Kal, תָּמַהּ *miratus, admiratus, attonitus fuit, obſtupuit*, Plur. תָּמְהוּ In pauſa cum (ָ) R. 132. תָּמָהוּ

1739 נֶחְפָּזוּ Nehh-pá-zu] *territi ſunt*, Targ. עַרְקוּ *fugerunt.* Ab חָפַז ſuprà Num. 1255. Præt. Niph. נֶחְפַּז *territus, turbatus, celeri terrore correptus fuit.* Plur. נֶחְפְּזוּ pro נֶחְפַּזוּ ut ſuprà Num. 1388.

Verſ. 7.

1740 אֲחָזָתַם Ahha-zá-tham] (tremor) *apprehendit eos.* Præt. Kal, אָחַז *fortiter tenuit, prehendit, apprehendit, comprehendit.* In fœm. אֲחָזָה Ob Affix. converſo ה in ת- R. 97. (ָ) & (:) tranſponuntur R. 98. eſétque אֲחָזָתַם

אֲחֻזָתָם sed accentus removetur ad penult. ideóq; (ֽ) Affixi ם, transit in (-) R. 94. Regulariter a. fit אֲחָזַנִי *apprehendit me*, Psal. 119. 53. In secunda pers. אֲחַזְתָּ *apprehendisti in manu dextra mea*, Psal. 73. 23. i. e. me gubernasti, defendisti.

1741 חִיל Hhil] *dolor*. Ab חוּל *dolere, cruciari*, Nom. m. חִיל *dolor, cruciatus*.

1742 כַּיּוֹלֵדָה Caj-jo-le-dhá] *sicut parturientis*. A יָלַד suprà Num. 93, Particip. fœm. Kal, יוֹלֵדָה *pariens*, cum כ similitud. quod excludit ה Emphat. *Nota* (..) in Part. fœm. Kal, interdum manet invariatum, ut נוֹעֵדָה &c.

Vers. 8.

1743 קָדִים Ka-dhím] (vento) *orientali*. LXX. *in spiritu βιαίῳ vehementi*. A קָדַם suprà Num. 1621. fit קָדִים *oriens*, It. *ventus orientalis*, qui in terra Israel est calidissimus & ardentissimus.

1744 אֳנִיּוֹת Onij-jóth] (franges) *naves*. Ab אָנָה *occasionem præbuit, impulit*, Nom. m. cum pl. fœm. אֳנִי *navis*, quæ in mari propellitur. In plur. cum dagesh euphonico, R. 18. אֳנִיּוֹת *naves. Descensores maris* (i. e. nautæ) בָּאֳנִיּוֹת *in ipsis navibus*, Ps. 107. 23. excluso ה Emphat.

1745 תַּרְשִׁישׁ *Tarshish*] Joseph. l. 9. Ant. c. 11. ait esse Tharsum nobilissimam Ciliciæ urbem, ad radicem Tauri montis sitam, (unde D. Paulus oriundus fuit.) Vatabl. Arius Montan. intelligunt Carthaginem insignem Africæ urbem, quam Græci νεαπόλιν vocant. Et sic interpretantur LXX. Esa. 23. 1. *Vlulate naves* תַּרְשִׁישׁ naves *Carchedonis*. It. Ezech. 27. 12. תַּרְשִׁישׁ *negotiatores tui*, LXX. *Carchedonii*. Hieronym. (in Jonam) censet Tharsis non esse nomen proprium alicujus oppidi & provinciæ, sed commune; significans *Mare Mediterraneum*, vel aliud quodcunque profundum, & navibus magnis pervium: Hebræi enim inquit, *Tharsis*, mare generaliter dici autumant, secundum illud: *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis*. Et in cap. 2. Esa. docet, Veteres Hebræos linguâ suâ propriâ *Mare*, תַּרְשִׁישׁ appellare, יָם verò non esse Hebraicum, sed Syriacum, sícq; illud Esa. 2. *Et super omnes naves* תַּרְשִׁישׁ LXX. reddunt, *super omnem navem maris*, It. cap. 23. *Vlulate naves* תַּרְשִׁישׁ Targ. אֲ יַמָּא *maris*. Radix est רָשַׁשׁ *depauperari*.

Vers. 10.

1746 דִּמִּינוּ Dim-mí-nu] *Cogitavimus* misericordiam tuam. Targ. אַשְׁוִינָן *comparavimus*. LXX. ὑπελάβομεν *suscepimus*. Præt. Pih. דָּמָה *assimilavit, rem rei comparavit*; Metaphoricè *imaginatus est, cogitavit*, q. cogitationem cogitationi assimilavit. In secunda pers. mutato ה in (ִ) R. 66. דִּמִּיתָ *imaginasti* (assimilasti) *quòd sim sicut tu*; Psal. 50. 21. In prima דִּמִּינוּ

Vers. 11.

1747 קְצָוֶיךָ Kats-vé] *fines* terræ. A קָצָה *abscidit, decurtavit*, Nom. m. קָצֶה *finis, extremitas*, q. decurtatio alicujus rei. In pl. mutato ה in ו mobile, קְצָוִים In Regim. correpto (ֵ) in (ִ) ex priori (ִ) fit (ֶ) *Spes omnium* קְצֵי אָרֶץ *extremitatum terræ*, Psal. 65. 6. Et in forma fœm. Ibid. v 9. *habitatores* קְצָוֹת *extremitatum*.

Vers.

Verſ. 12.

1748 יְהוּדָה Jehu-dhá] (fili) *Juda.* Ab הוֹדָה *celebravit*, dictus eſt *Juda* filius Jacobi: *dicebat* enim *mater ejus*, אוֹדֶה *celebrabo Dominum*, *ideóque appellabat eum* יְהוּדָה Gen. 29. Quod nomen deductum eſt ex Futuro יְהוֹדֶה de quo ſuprà Num. 1706. Cum Præfix. *Notus eſt* בִּיהוּדָה *in Juda Dominus*, Pſ. 76. 2. i. e. in tribu ab ipſo orta. (Sublato (:) ſub (ׇ) ob præcedens (.) R. 8.

Verſ. 13.

1749 סֹבּוּ Sób-bu] *Circundate* Tſijon. A סָבַב *circumdedit, gyravit.* Imper. Kal, ſyncopatâ mediâ radicali, R. 77. סֹב plur. aſſumpto dageſh, סֹבּוּ

1750 וְהַקִּיפוּהָ Vehak-ki-phú-ha] *& complectimini eam.* Ab הִקִּיף *ambivit, complexus eſt*, ſuprà Num. 705. Imper. Hiph. cum Affixo הָ

1751 מִגְדָּלֶיהָ Migh-da-lé-ha] *turres ejus.* A גָּדַל *magnus fuit*, Nom. m. Heemanth. מִגְדָּל *turris*, *arx*, à magnitudine ſic dicta. In Regim. correpto (ַ) in (-) R. 115. מִגְדַּל־עֹז *turris fortitudinis*, Pſal. 61. 4. Plur. מִגְדָּלִים *turres.* Cum Affixo, מִגְדָּלֶיהָ

Verſ. 14.

1752 פַּסְּגוּ Paſ-ſeghú] *evehite* palatia ejus: ſpectate palatia ejus, quæ altè apparent ſicut mons Moabitarum פִּסְגָה *Piſga.* LXX. κατανοήσατε *diſtribuite domos ejus*, (ex ſignificatione Chald. פְּסַג *diſtribuit.*) A פָּסַג in Pih. פִּסֵּג *evexit, exaltavit.* Legitur h. l. tantùm in SS. ídque in Imperat.

1753 אַחֲרוֹן A-hharón] (generationi) *poſteriori.* Ab אַחַר *poſt*, Nom. Heemanth. אַחֲרוֹן *poſterior, noviſſimus*, qui ſequitur alterum, ſive ſit ultimus ſive non.

Verſ. 15.

1754 יְנַהֲגֵנוּ Jena-haghé-nu] *ducet nos.* LXX. ποιμανεῖ ἡμᾶς *paſcet nos.* A נָהַג *duxit, deduxit*, propriè oves vel pecora; metaphoricè transfertur ad alia. Fut. Pih. וַיְנַהֵג *& induxit auſtrum*, Pſal. 78. 26. cum ו Converſ. Cum Affix. וַיְנַהֲגֵם *& duxit eos*, Ibid. v. 52.

עַל־מוּת Si legatur diviſim, ſignificat *ad mortem.* Vide ſuprà Num. 416. Sin verò legatur conjunctim עַלְמוּת notat *pueritia*, i. e. *pueriliter*, h. e. viribus florentiſſimis nos conſervabit jugiter. LXX. εἰς τοὺς αἰῶνας *in ſecula*; detorſerunt ex עוֹלָם *ſeculum.* A עָלַם *occultavit*, עֶלֶם *adoleſcens, juvenis*, quòd nondum per actiones viriles cognitus ſit. Inde עַלְמוּת *adoleſcentia, juventus.*

PSALMVS XLIX. מט

Verſ. 4.

1755 וְהָגוּת Veha-ghúth] *& remotio*, (i. e. locutio, meditatio) *cordis mei.* Ab הָגָה ſuprà Num 19. Nom. fœm. הָגוּת Legitur h. l. tantùm in SS.

1756 תְּבוּנוֹת Thebhu-nóth] *intelligentias.* A בִּין *intelligere.* Nom. fœmin. Heemanth. תְּבוּנָה *intelligentia, prudentia.* Cum Præfix. בִּתְבוּנָה *in intelligentia*, Pſal. 136. 5. Cum Affix. וְתִבוּנָתוֹ *& intelligentia ejus non eſt numerus*, Pſ. 147. 5. Plur. תְּבוּנוֹת Cum Præfix. וּבִתְבוּנוֹת *& in intelligentiis volarum ſuarum*, Pſ. 78. 72.

Verſ. 5.

אַטֶּה לְמָשָׁל אָזְנִי *Inclinabo ad parabolam aurem meam*, i. e. diligenter attendam, ne quid inconcinnè canam:

nam : metaphora à muſicis, qui ut explorent quàm concinnus ſit ſonus, aurem admovent citharæ.

1757 חִידָתִי Hhi-dha-thí] (aperiam in cithara) *ænigma meum.* Ab חוד *ænigmatice loqui,* Nom. fœm. חִידָה *ænigma, problema,* γρῖφος, cum aliud dicitur, aliud intelligitur. Cum Affix. חִידָתִי plur. חִידוֹת *ænigmata,* Pſ. 78. 2.

Verſ. 6.

1758 יְסֻבֵּנִי Jeſûb-bé-ni] *circumdabit me.* A סָבַב *circundedit,* Fut. Kal, יָסֹב R. 70. At ob Affix. (ָ) tranſit in (ֻ) R. 114. & imprimitur dageſh, ac ו tranſit in (ְ) R. 125.

Verſ. 7.

1759 עָשְׁרָם Yoſh-rám] (in multitudine) *divitiarum ſuarum.* A עָשַׁר *dives fuit.* Nom. m. עֹשֶׁר *divitiæ, opes.* & *divitiæ,* Pſal. 112. 3. Cum Affix. mutat ו in (ֹ) R. 118. & (ֹ) in (ָ) R. 122. עָשְׁרוֹ *divitiæ ejus,* Pſal. 52. 9. עָשְׁרָם *eorum.*

Verſ. 8.

1760 פָּדֹה Pha-dhó] (non) *redimendo redimet,* i. e. nequaquam. R. 41. n. 1. A פָּדָה *redemit.* Infinit. Kal, incipit à (ָ) in reduplicatione ſui verbi, R. 50.

1761 יִפְדֶּה Jiph-dé] *redimet.* Fut. Kal, exit in (ֶ) R. 65. יִפְדֶּה v. 16.

1762 כָּפְרוֹ Coph-ró] (non dabit Deo) *redemptionem ejus.* LXX. ἐξίλασμα ἑαυτῷ *placationem ſui.* A כָּפַר *pice obduxit.* כֹּפֶר *bitumen* quoddam quo picabantur vaſa; hinc metaphoricè *expiatio, peccati ablatio,* λύτρον, q. ſceleris operimentum, pretium quod datur ad avertendum iram. Caret plurali. Cum Affix. (ut paulò ante Num. 1759.) כָּפְרוֹ

Verſ. 9.

1763 וְיֵקַר Veje-kár] *Et pretioſa erit.* A יָקַר *pretioſus, charus fuit.* Fut. Kal, occultatâ primâ radicali in (ֵ.) R. 55. יִקַּר Et expreſſo (ִ) וְיִיקַר *& pretioſus erit ſanguis eorum,* Pſ. 72. 14.

1764 פִּדְיוֹן Pidh-jon] *redemptio.* A פָּדָה *redemit.* Nom. m. Heemanth. פִּדְיוֹן *redemptio,* redemptionis pretium. Legitur bis, h. l. & Exod. 21. 30.

Verſ. 11.

1765 חֲכָמִים Hhacha-mím] *ſapientes.* Targ. *Videbit ſapientes improbos, qui moriuntur morte ſecundâ, & adjudicantur gehennæ.* Ab חָכַם *ſapuit.* Nom. m. חָכָם *ſapiens, peritus.* Plur. חֲכָמִים

1766 כְּסִיל Kesíl] *ſtultus.* Nom. radicale כְּסִיל *ſtultus, fatuus, inconſtans,* fortè per metatheſin à סָכַל *inſanivit.* וּכְסִיל *& ſtultus:* plur. וּכְסִילִים *& ſtulti,* Pſ. 94. 8.

1767 וָבַעַר Va-bhá-yar] *& brutus* peribunt. A בָּעַר *arſit.* Nom. m. ſine pl. בַּעַר *homo pecuinus, brutus,* qui pecudum vitam vivit, deſideriis improbitatum flagrans. Quinquies legitur in SS. h. l. & Pſ. 73. 22. אֲנִי בַעַר *ego pecuinus,* & 92. 7. אִישׁ בַּעַר *vir pecuinus.* Et Prov. 12. 1. 30. 2.

Verſ. 12.

1768 אַדְמוֹת Adha-móth] (vocaverunt nomina ſua ſuper) *terris,* i. e. impoſuerunt nomina : vel per hypallagen, terras appellarunt nominibus ſuis. Ab אָדַם *rubuit.* Nom. fœm. אַדְמָה *humus, terra,* forſitan ſolùm illa quæ rubebat, poſtea tota quæ coli poteſt. Cum Præfix. לְאַדְמָה *in hac terra,* Pſ. 85. 11. (ubi (ָ) ſub ל includit ה Emphat.) In Regim. correpto (ָ) in (ְ)

(:) R. 114. (-) amittit ſuum (:) R. 15. אַדְמַת (in) *terra aliena*, Pſ. 137. 4. Et ſic in Affixione, אַדְמָתָם *terra eorum*, Pſ. 105. 35. לְאַדְמָתוֹ *in terram ſuam*, Pſal. 146. 4. In plural. אֲדָמוֹת legitur h. l. tantùm in SS.

Verſ. 13.

1769 נִדְמוּ Nidh-mú] (aſſimilatus eſt ſicut jumenta) *quæ aſſimilata ſunt* (i.e. depicta) Vel quæ *conticuerunt*, i. e. interficiuntur, è medio tolluntur. A דָּמָה *ſiluit, tacuit*, hinc, *in quietem redactus fuit*, i. e. exciſus. Inde *ſimilis, conformis fuit*, quavis ſimilitudine, animi, corporis, actionum: quod n. eſt alteri ſimile, tacet, i. e. ei acquieſcit, nec obſtrepit. Præt. plur. Niph. abjecto ה, R. 66. נִדְמוּ v. 21.

Verſ. 14.

1770 כֶּסֶל Ké-ſel] *ſtultitia* ipſis. Nom. radicale, כֶּסֶל *ſtultitia, fatuitas*. In fœm. כְּסִלָה idem. *Et non redeant* לִכְסִלָה *ad ſtultitiam*, Pſ. 85. 9. Targ. לְסָאוֹרָא *ad fermentum*, inflationem.

1771 יִרְצוּ Jir-tſú] (& poſteri, ſ. filii eorum in ore ipſorum) *volent*, i. e. eorum delectabuntur mandatis. A רָצָה *voluit, benevoluit, acceptavit, approbavit*. Fut. Kal, in ſecunda perſ. תִּרְצֶה *acceptabis*, Pſ. 51. 18. per apocopen, trajecto (ֵ) ad primam radicalem. R. 67. n. 2. *Videbas furem* וְתִרְצֵי *& volebas cum eo*, Pſ. 50. 18. i. e. conſentiebas. Targ. רַהֲטְתָא *currebas*, & ſic LXX. συνέτρεχες q. fuiſſet וְתָרֵץ ex רוּץ *currere*. In tertia perſ. *Non in tibiis viri* יִרְצֶה *volet*, Pſ. 147. 10. i. e. delectabitur. In plur. abjecto ה, R. 66. וְיִרְצוּ

Verſ. 15.

1772 יִרְעֶם Jir-ʒém] (mors) *depaſcet eos*. A רָעָה *pavit, depavit*. Fut. Kal, יִרְעֶה Cum Affix. ablato ה R. 103. יִרְעֵם Et Pſ. 80. 14. יִרְעֶנָּה *depaſcet eam*.

1773 וַיִּרְדוּ Vaj-jir-dhú] *& dominabuntur* in eos juſti, in matutino, i. e. citò A רָדָה *ſubegit, ſubjecit, dominatus eſt*. Fut. Kal, יִרְדֶּה Per Apocopen ablato ה, (:) ſub ד ponitur, R. 9. & (..) ſub (ִ) R. 67. n. 3. וְיִרְדְּ *& dominabitur*, Pſ. 72. 8. In plur. abjecto ה, יִירְדוּ cum ו Converſ.

1774 וְצוּרָם Vetſu-rám] *& forma* (anima) *eorum*. LXX. ἡ βοήθεια αὐτῶν *auxilium eorum*; acceperunt ex צוּר *petra*, metaphor. *fiducia, auxilium*. A צוּר *arctare*, Nom. fœm. צוּרָה *forma* impreſſa & quodammodo coarctata. Extat bis, Ezech. 43. 11. & h. l. צִיּרָם pro צוּרָתָם per ſyncopen literæ ת, R. 104. & cum Shurek in gremio literæ (ִ)

1775 לִבְלוֹת Lebhal-lóth] (ſtat) *ad conſumendum*. A בָּלָה *ſenuit, inveteravit, conſumptus fuit*. Gerund. Pih. exit in וֹת, R. 65.

1776 מִזְבֻּל Miz-zebhül] (ſepulchrum ſ. infernus ſtat) *ob habitationem ejus*. h. e. potiùs infernus finiet, quàm pœna illius animæ. Targ. *Corpora eorum veteraſcent in gehenna, quoniam extenderunt manum ſuam & deſtruxerunt habitationem domus majeſtatis ejus*. LXX. *Auxilium eorum veteraſcet in inferno, à gloria ſua expulſi ſunt*. A זָבַל *habitavit*, fit זְבוּל *habitaculum, hoſpitium*: cum (ֻ) loco ו, & Præfixo מ *ob, propter*, R. 74.

Verſ. 16.

1777 יִקָּחֵנִי Jik-ka-hhé-ni] (cùm) *acceperit me*. A לָקַח *cepit, accepit*. Fut. Kal, compenſato ל per dageſh, R.

69. n. 2. אֶקַּח *accipiam*, תִּקַּח *accipies*, יִקַּח *accipiet*, in pausa יִקָּח. Et sic etiam in Affixione cum (ֶ) R. 121. יִקָּנִי *assumet me*, cum ו Convers. וַיִּקָּחֵנִי *& assumpsit me*, Ps. 78. 70.

Vers. 17.

1778 יַעֲשִׁיר Ja-ʿaſhír] (quando) *ditescet vir*. A עָשַׁר *dives fuit*, In Hiph. הֶעְשִׁיר *ditavit, locupletavit*. Futur. Hiph. יַעֲשֵׁר pro יְעַשִּׁיר In secunda pers. cum Affix. תַּעְשִׁירֶנָּה *ditabis eam*, Ps. 65. 10.

Vers. 18.

1779 תֵּיטִיב The-tíbh] (cum) *benefecerit*. A יָטַב *bonus fuit*, in Hiph. quiescente (י) in (ֵ) הֵיטִיב *benefecit, bonum reddidit*. Fut. Hiph. תֵּיטִיב

PSALMVS L. נ

1780 לְאָסָף Lea-ſáph] *Aſaphi*. Ab אָסַף *collegit*. Nomen proprium Levitæ cantoris אָסָף qui plures Psalmos edidit, ut patet ex inscriptione Psalmorum, à Ps. 73. usque ad 84.

1781 מִמִּזְרַח Mim-miz-rah] *ab ortu ſolis*. A זָרַח *ortus fuit*, Nom. Heemanth. m. sine plur. מִזְרָח *ortus, oriens*, pars cœli ubi Sol oritur. Cum Præfix. מִמִּזְרַח *ab ortu*, Psal. 107. 3. & h. l. in Regim. mutato (ַ) in (ִ) R. 115.

1782 מְבוֹאוֹ Mebho-ó] (usque ad) *occaſum ejus*. A בּוֹא *venire*, Nom. Heemanth. מָבוֹא *introitus, adventus*; de Sole, *occaſus*; locus aut tempus. Cum Affix. de loco, *Ab ortu ſolis ad* מְבוֹאוֹ *introitum ejus*, Psalm. 113. 3. Targ. מַעְרְבֵיהּ *occaſum ejus*. De tempore, *Sol novit* מְבוֹאוֹ *introitum ſuum*, Ps. 104. 19. Targ. זִמְנָא דְמַעְרְבֵיהּ *tempus occaſus ſui*.

Vers. 2.

1783 מִכְלַל Mich-lal] (Ex Sion) *perfectione* pulchritudinis, Vel *universitate decoris*, i. e. absolutè decora. A כָּלַל *totum perfecit*. Nom. Heemanth. מִכְלָל *perfectio, universitas*. Legitur h. l. tantùm in SS. idque in Regim. mutato (ָ) in (ַ)

1784 הוֹפִיעַ Ho-phíaʏ] (Deus) *ſplenduit*. Targ. יִתְגְּלִי *revelabitur*. LXX. ἐμφανῶς ἥξει *manifestè veniet*. Ab inusitato יָפַע Præt. Hiph. mutato (י) in ו R. 57. הוֹפִיעַ *floruit, ſplenduit, inclaruit*.

Vers. 3.

1785 נִשְׂעָרָה Niſ-ʿará] (& circa eum) *exhorruit* (terra, aer) vel, *tempeſtas excitatur* valdè. Aut à שָׂעַר *horruit*, vel (commutatis שׂ & ס) à סָעַר *turbavit: procellis agitavit*. Præt. fœm. Niph. נִשְׂעָרָה

Vers. 4.

1786 מֵעָל Me-ʿál] *ex alto*. A עָלָה *aſcendit*. Nom. m. עָל *altus, altum*. Cum Præfix. מֵעַל LXX. ἄνω *ſurſum*.

1787 לָדִין La-dhín] *ad judicandum*. A דּוּן *judicare, ſententiam ferre*, Infinit. Hiph. abjecto ו R. 58. הָדִין & exclusa ה character. R. 81. לָדִין

Vers. 5.

1788 אִסְפוּ Iſ-phú] *Congregate* לִי *mihi*. LXX. legerunt hunc vers cum Affix. tertiæ pers. לוֹ *Congregate illi, ſanctos ejus, teſtimonium ejus*. Ab אָסַף *collegit, congregavit*. Secunda pers. plur. Imper. Kal.

1789 כֹּרְתֵי Co-rethé] *pangentes* fœdus meum. A כָּרַת *ſcidit*, cum nomine בְּרִית *ſcindere fœdus*, i. e. paciſci, phraſi ſumptâ à diſſectione animantis, quam

quam in fœdere ſanciendo facere, moris erat, q. d. fiat ſicut pecus iſtud, qui juramentum violaverit. Benoni plur. Kal. in Regim.

¶ עֲלֵי זָבַח *ſuper ſacrificio.* Targ. *qui pepigerunt pactum, & firmaverunt legẽ* וְאִתְעַסָּקוּ בְצְלוֹתָא דְמַתְקְלָא *& operam navarunt orationi, quæ ſimilis eſt oblationibus.*

Verſ. 7.

1790 וְאָעִידָה Vea-ʿí-dha] *& obteſtabor.* A עוּד in Hiph. abjecto ו R. 58. הֵעִיד *teſtatus, obteſtatus, conteſtatus eſt.* Fut. Hiph. cum ה parag. וְאָעִידָה *& teſtabor,* Pſ. 81. 9.

Verſ. 9.

1791 מִמִּכְלְאוֹתֶיךָ Mim-mich-leo-thé-cha] *è caulis tuis.* Targ. מִן עֶדְרֵי & LXX. ἐκ τῶν προμνίων *ex gregibus.* A כָּלָא *clauſit, concluſit.* Nom. Heemanth. מִכְלָא *clauſtrum.* It. *caula.* locus ubi oves concluduntur. Plur. מִכְלָאוֹת In Regim. correpto (ֹ) in (ְ) מִמִּכְלְאוֹת צֹאן *de caulis ovium,* Pſalm. 78. 70. Cum Affix. מִמִּכְלְאוֹתֶיךָ

1792 עַתּוּדִים ʿat-tu-dhím] *hircos.* A עָתַד *paratus fuit,* Nom. plur. maſc. עַתּוּדִים *hirci & arietes majores,* qui gregem præcedunt.

Verſ. 10.

	40
	51
	60
	61
	66
	67
	69
	70
	78
	83
	103
	113
	118
	119
	120
	122
	131
	133
	147
	176
120	4
	5
123	2
	4
124	7

Psalm.	vers.
125	5
126	4
	6
127	2
	3
	5
128	3
129	3
	6
	7
131	2
132	8
	14
133	2
135	4
	7
136	15
	24
137	2
	3
	9
139	3
	7
	8
	12
	15
	16
	19
	20
140	4
	11

Psalm.	vers.
	12
141	3
	6
	7
	9
142	1
144	2
	6
	10
	12
	13
	14
	15
145	14
146	4
	8
147	3
	4
	9
	10
	14
	16
	17
	18
148	5
149	4
	6
	8
150	4
	5
	6

In universum Versus in Psalmis sunt 2527, hîc autem ex Psalmis decerpti, sunt 564, breviori igitur temporis intercapedine, poterit aliquis hos versiculos absolvere, & voces in eis contentas memoriæ mandare, quàm partem quartam Psalterii perlegere.

FINIS.

Psalm.	vers.	Psalm.	vers.	Psalm.	vers.
					12
114	8		4	144	3
	10		6		6
		127	2		7
	28		3		9
	29		5	142	1
				144	2
			6		10
	61		7		12
	66	131	2		13
	67		8		
	69				
			2	145	
	78	132	4	146	4
	82		7		8
	103	136	15	147	3
					4
	120		3		10
	130		9		14
	132	139	3		16
	141		7		17
			8		18
	142				
	176		12		1
150	4		16		4
	5		19		5
			20		
					6

לשון למודים

LINGUA
ERUDITORUM:
SIVE
METHODICA

INSTITUTIO
LINGUÆ SANCTÆ.

IN QUA,
Ut omnia quæ ad τὸ τεχνικὸν, plurima etiam quæ ad τὸ ἱστορικὸν Linguæ pertinent, absolutâ brevitate, facilíque ordine tractarentur, operam adhibuit

VICTORINUS BYTHNER,
Linguæ Hebr. Professor.

CUI ADDITA EST
INTRODUCTIO ad Linguam CHALDÆAM
Veteris TESTAMENTI.
AUTHORE eodem.

Editio novissima, ultimam manum Authoris jam passa.

LONDINI,
Typis *Jacobi Flesher.* MDCL.

In fine Michol.

אֲשֶׁר לָמַד וְתוֹרָה לוֹ לְקִנְיָן
וְלֹא לָמַד יִסּוּד (a) דִּקְדּוּק וְלֹא בִין
וְהוּא חוֹרֵשׁ אֲשֶׁר יִנְהֹג שְׁוָרִים
וְיָדוֹ חֲסֵרֵי מַלְמָד וְזַרְבֵּן

Qui discit, & lex ei (est) *in possessionem.*
Et non discit fundamenta Grammatices, neque intelligit,
(Est) *sicut arator, qui agit boves;*
Et manus ejus (est) *sine baculo aut stimulo.*

(a) דִּקְדֵּק *est accuratè & subtiliter disserere*, unde דִּקְדּוּק *Grammatica*, q. subtilis & accurata disquisitio. Qui igitur obiter tantùm & perfunctoriè Grammaticam docent, ii turpiter in ejus etymon impingunt.

SCELETON *hujus Institutionis.*

Institutionis hujus Regulæ, quædam agunt de Linguæ Hebr. { Partib. integrantib. *Vide* A. / Ipsâ voce. *Vide* C.

A. *Partes linguæ integrantes sunt*, vel

- *Simplices*, quæ dividuntur ratione
  - *Consonæ*, in
    - *Organorum*, R. 1. per quinque instrumenta, inter quæ *Guttural.* אהוי sunt præcipui usus.
    - *Potestatis*, in
      - Quiescentes, R. 2. quæ carentes vocali, sub, vel post se, non leguntur.
      - Mobiles, sunt cæteræ omnes.
    - *Figuræ*, in
      - Uniformes, ubiq; eandem figuram habentes.
      - Biformes, R. 3. quinq; literæ finales.
  - *Puncta. Vide* B.
- *Compositæ*, sunt syllabæ. Reg. 12. *Pura*, constans ex una litera; *Mixta*, ex pluribus.

B. *Puncta* sunt vel

- *Propriè dicta decem.* Reg. 4. Longa sc: & Brevia.
- *Vocalia*
  - *Simplex.*
    - *Mobile.* R. 5. ab initio, in medio, post vocalem longam accentu tonico carentem; sub dagesh; post alterum (:) Et horum, geminum nusquam consistit, sed prius mutatur in (.) (-) (ֵ) aut (ְ) R. 6.
    - *Quiesc.* est semper aliàs.
      - *Expressum.* R. 7. quod tollitur sub (ֱ) mediano, præcedente (.) R. 8.
      - *Subintellectum*, sub omni finali mobili, R. 9. cujus vicem subit (-) Furtiv. sub ח ה ע R. 10.
  - *Improprie dictum est Shewa*, quod aut est
    - *Compositum* triplex (ֲ) (ֳ) (ֶ) R. 11. & subjicitur gutturalib. R. 12. quæ
      - punctuant præcedentem simili brevi puncto, R. 13.
      - iterum liberè reassumunt (:) R. 14.
      - sequente (:) amittunt vel suum (:) vel suam vocalem, R. 15.
      - non tolerant ante se (ֲ) sed producunt illud in (-) R. 16.
- *Pronunciationi inservientia sunt*
  - *Dagesch*
    - *Lene*, Reg. 17. in literis *Begadh-kephath*, ab initio vel post (:) quiescens.
    - *Forte*, post vocalem brevem regulariter. R. 18. quod demitur
      - necessariò ex gutturalib. & compensatur vocali longâ, R. 19.
      - accelerandæ pronuntiationis causâ ex litera shevata, R. 20.
  - *Mappik.* Reg. 12. est in solo ה finali, mobili.

C. *Vox generaliter spectata*, est vel

- *Declinabilis.*
  - *Nomen.* Vide D.
  - *Pronomen.* E.
  - *Verbum.*
    - Perfectum. F.
    - Imperfectum
      - Quiescent. G.
      - Defect. H.
- *Indeclinabilis*, sive particula
  - Separabilis, pertinet ad Lexica.
  - Inseparabilis. I.

Utrique voci accidit { *Suffixio* { *Affixorum.* K. / *Literarum paragog.* L. } / *Mutatio.* M. / *Accentus.* N. }

Vox declinabilis est vel { *Nuda*, ex solis radicalib. constans. / *Aucta*, literas הנמשתי accipiens. } R. 23. { *illius*, prima radical. post Heemanthic. accipit (:) R. 24. / *hujus*, litera Heemanthica itidem poscit (:) R. 25. }

D. *Nomen* considerat. vel in statu { *Simplici*, ubi { *Genus* { Masculin. Reg. 26. definit in quamcunque literam. / Fœmin. Reg. 27. exit in ה vel ת / Neutrum. Reg. 28. exprimitur per adjectivum absolutè positum. } / *Comparatio* R. 29. peragitur in { *Comparativo* per *magis* & *præ*. / *Superlativo* per *valdè* & *in*. } / *Numerus* { Dualis. R. 30. exit in ים־ / Pluralis { Masc. R. 31. in ים. / Fœmin. R. 32. in ות } } / *Casus.* Reg. 33. aliquando discernuntur articulis præfixis, ה index Nomin. Vocat. præcipuè Genit. ל Genit. & Dat. את Accusat. ב & מ Ablativi. } / *Constructo*, spectans congruentiam Substantivi cum { Substantivo in Regim. & tum fœmin. ה, transit in ת- & masc. ים. in י. R. 34. / Adjectivo, quod semper substantivum sequitur, R. 35. }

E. *Pronomina* sunt quinque { Tria declinabilia, R. 36. personæ scilicet primæ, secundæ & tertiæ. / Duo indeclinabilia. R. 37. Relativum scil: & Interrogativum. }

F. *Verbum* considerat. vel { *absolutè*, ubi { *Tempus* { *Homogeneum* verbo proprium { *finitum*, { *Præteritum*, R. 38. cujus termination. *A*, *Ta*, *T*, *Ti*, *V*, *Tem*, *Ten*, *Nu*. / *Futur.* { *Imperans*, R. 39. cujus termination. *Juna*, / *Promittens*, R. 40. cujus literæ characterist. *Ethin*. } } / *Infinitum*, sive Infinit. mod. R. 41. quod cum literis *Rachlam* constituit Gerund. } / *Hetcrogeneum*, quod nominis flexionem habet: Estque Participium, R. 42. Benoni sive Præsens, & *Pahul* sive Præter. in passivis. } / *Conjugat.* quatuor { *Prima* — { Act. *Kal*, R. 43. / Passiv. *Niph.* R. 44. } / *Secunda* { Act. *Pih.* / Pass. *Pyh.* } R. 45. / *Tertia* { Act. *Hiph.* / Pass. *Hoph.* } R. 46. / quarum omnium { Præterita, R. 49. / Imperat. & Infinitiv. R. 50. / Futur. R. 51. / Part. R. 52. } / *Quarta*, *Hithphael*, R. 47. in qua ת, syllabæ formativæ *Hith*, cum prima radical. est sibilans postponitur. } / *Relatè* ad nomen, Reg. 48. quod Nomini convenit genere, num. & personâ.

G. *Quiescentia* sunt vel in radicali

- *Primâ*: א, quæ primam syllab. Fut. Kal, faciunt י R. 53.
  - ubi prima radic. (י) in
    - *Kal*: Imperat. & Infinit. abjicitur, R. 54. / Futuro, occultatur in (..) R. 55.
    - *Niphal* in Præt. & Part. transit in י, in Imper. Fut. & Infin. in י dagesnatum, R. 56.
    - *Hiphil* transit in י / *Hophal* in י — Reg. 57.
- *Secundâ* י quæ in Conjug.
  - *Primâ & tertiâ*
    - *expunguntur* mediam Thematis, R. 58.
    - *desinunt* in Kal: Præterito & Participio in (.) R. 59. / Imperat. Fut. & Infinit. in י, R. 60. / toto Niphal in י R. 61.
    - *assumunt* י ante afform. ת & נ in Præt. Niph. & Hiph. R. 62.
  - *Secundâ & quartâ*, loco dagesch assumunt י, ad formam Pohel. R. 63.
- *Tertiâ*
  - א, quod quiescit in: Kal in (.) / reliquis in (..) — R. 64.
  - ה, R. 65. quod in:
    - *medio* syllabam: terminans, mutatur in י quiescens. / inchoans, abjicitur, R. 66.
    - *fine*, apocopatur, R. 67. maximè ob י Conversiv.

H. *Defectiva* habent radicalem

- *Primam* נ sicque נ: *initiale* ab Imp. & Infin. Kal, exulat, R. 68. / *mediamum* in Fut. Kal, Præt. & Part. Niph. toto Hiph. & Hoph. in dagesch commutatur, R. 69.
- *Secundam geminatam*, quæ in Conjug.
  - *Levibus*: syncopant mediam, R. 70. / assumunt י in Præteritis, ante afformativ. נ & ת R. 71.
  - *Gravibus*, loco dagesch habent י ad formam Pohel. R. 72.
- *Tertiam* נ vel ה, quod sequente servili נ vel ה per dagesch compensatur, R. 73.

I. *Literæ præfixæ* sunt septem,

- ב: Reg. 74. (à, ab, de, præ) præfigitur per (.) sequente dagesh: sed gutturalib. & ר per (..)
- ש: Reg. 75. (qui, quæ, quod, quòd) habet (:) sequente dagesh.
- ה: Emphaticum, R. 76. & Relativ. habet (-) sequente dagesh, sed ante guttural. & ר plerumq; (.) / Erotematicum, R. 77. præfigitur cum (-:)
- ו: Copulativum, R. 78. habet (:) sed ante aliud (:) aut literam Labialem assumit ו, at ante accent. distinctiv. (ֽ) / Conversivum, Futur. præfigitur per (-) sequente dagesh, R. 79. ante (י) amittit dagesh, & ante א habet (ַ)
- כ *sicut* / ל *ad, in* / ל *in, per*: notantur cum (:) R. 80. ז propter accentum cum (ֽ) / excludunt ה Emphatic. R. 81. / ante *Elohim* gestant (..) & ante *Adhonaj* & *Jehovâ*, (-) R. 82. / assumunt syllabicas adjectiones, *De*, *Phi*, *Mv*, sed rariùs, R. 83.

K. *Affixa*, R. 84. copulantur vocibus

- *declinabilib.* per certa puncta à Reg. 85. ad 96. ut jam in Tabella habes. Et
  - mutant termination. Præt. *A* in *Ath*, *Ta* in *T*, *Tin* in *Ti*, *Tem* & *Ten* in *Tu*, R. 97.
  - transponunt puncta, in forma *Pha-kedhâ*, & *Phá-kedhú*, R. 98.
  - præmittunt sibi (י) in Dual. & Plural. num. R. 99.
  - inserunt נ Epenthet. in Futuris. R. 100.
- *indeclinabilibus* more declinabilium, R. 101.

Tabula Affixorum, monſtrans qualia puncta ſibi præmittunt

In Nominibus & Participiis.			In Verbis.		
In ſingul. numero.	In Plur. & Duali.		In Præteritis.	In reliquis.	
◌ִי ◌ֵנוּ	◌ֵי- in pauſa ◌ָי ◌ֵינוּ	*meus a. um* *noſter a. um.*	◌ִנִי- m. ◌ִנִי f. ◌ֵנוּ- m. ◌ֵנוּ f.	◌ִנִי ◌ֵנוּ	*mihi, me.* *nobis, nos.*
◌ְךָ in pauſa ◌ָךְ cum gut. ◌ַךְ ◌ְכֶם ◌ֵךְ ◌ְכֶן	◌ֶיךָ ◌ֵיכֶם ◌ַיִךְ ◌ֵיכֶן	*tuus a. ũ.* m. *veſter a. ũ.* m. *tuus a. um.* f. *veſter a. um* f.	◌ְךָ ◌ְכֶם ◌ֵךְ ◌ְכֶן	In omnibus.	*tibi, te,* m. *vobis, vos,* m. *tibi, te,* f. *vobis, vos,* f.
הוּ ◌ֵהוּ ◌ֵנוּ ◌ָם ◌ָמוֹ ◌ָהּ ◌ָן	◌ָיו ◌ָיִו ◌ָיהֶם ◌ָיהֶם ◌ָיו ◌ֶיהָ ◌ֵיהֶן ◌ֵיהֶן	*ejus, ſuus.* *eorũ, ſuorũ.* *ejus, ſua.* *illarũ, ſuar.*	◌ֵהוּ m. ◌ָהּ f. ◌ָם m. ◌ָן f.	◌ֵהוּ ◌ֵנָהּ ◌ָם ◌ָהֶם ◌ָהֶן	*illi, illum.* *illis, illos.* *illi, illam.* *illis, illas.*

L. *Litera Paragogicæ* ſunt ſex R. 102.

- א apponi ſolet terminationi verbali 1 ſecundæ perſ. Præt. et Futuri utriuſque num. primæ. In nominib. Loci dicitur *Locale*.
- ה Regimini.
- ו Participiis.
- י terminationibus Verborum ◌ִי & ◌ֵי
- ת tribus Infinitivis.

M. *Mutatio vocum* fit in

- *conſonis.*
  - ה radicale in flexione generis aut numeri, itemque in Affixione, abjicitur, R. 103.
  - afformativ. generis, cum Affix. mutatur in ת, R. 104.
  - ם multitudinis ob Affix. tollitur, R. 105.
- *Formis*, cum in Regimine ◌ֵי mutatur in ◌ַי in iis quæ incipiunt à מ vel ת Heemanth. R. 106.
- *Punctis*, ob
  - *euphoniam* ponitur
    - (◌ֶ) pro (◌ָ), (◌ִ) pro (◌ְ) & contrà, ◌ֵי pro ◌ֶי & contrà, ◌ֵי pro (◌ֶ) vel (◌ְ) et contrà, (◌ָ) pro (◌ַ) vel (◌ֶ) & contrà, R. 107.
    - (◌ַ) pro terminali (◌ְ) R. 108.
    - (◌ַ) ante gutturalem kametſatam pro (◌ָ) R. 109.
    - duplex (◌ּ) quando penult. litera eſt ת, ן pro duplici (◌ַ) R. 110.
    - (◌ְ) pro duplici (◌ּ) cum penult. eſt א, R. 111.
    - dageſch, loco vocalis linguæ. Et contra, R. 112.
  - *incrementi & Regimen.* R. 113. mutatur
    - (◌ָ)
      - penult. in (◌ֵ) R. 114.
      - ultim. in (◌ַ) R. 115.
    - (◌ְ)
      - penult. in (◌ֵ) R. 116.
      - finale in (◌ֵ) R. 117.

A (ֻ) { penult. in (ֹ) vel (ֳ) R. 118.
ultim. in (ֹ) R. 119.

(-) { penult. in (ֹ) R. 120.
ultim. in Nom. flexione, & Verbor. affix. in (ֻ) in Nomin. verò affixione & ה paræg. in (ֹ) R. 121.

(ֳ) { penult. in (ֹ)
ultim. cum Affixo in (ֹ) in declinat. in (ֳ) R. 122. } R. 122.

(ֳ) ultim. { cum Affix. in (ֹ)
ante (ו) { in declinat. in (ֳ) R. 123.

forma מִיּוּת & חַיּוּת in unam longam, R. 124. ſcil. (ִי) et (ֵי) præſente י in ֽי, et (-) ac (ַ) præſente (ו) in (ֻ) creſcentium defectivor. longæ in breves, R. 125.

N. *Accentus* eſt vel

Tonicus, cujus *Sedes* in
- *ultimâ*, { creſcente, R. 126.
- voce { deſinente in duas mobiles & vocal. longam, R. 127.
- *penultimâ*, ſi duæ poſtremæ ſint æqualis quantitatis, R. 128.

Officium
- commune omnium, acuere ſyllabam, Reg. 129.
- proprium Regum
  - ſententias diſtinguere, R. 130.
  - facere ſyllabam brevem, longam, R. 131.
  - reducere (ֹ) ad ſuam originem i. e. in (ֳ) (ֻ) ֽ vel (ֵ) R. 132.

Euphonicus
- Methegh. Reg. 133. accentum tonicum præit.
- Maccaph. Reg. 134. dictiones unit.

APPENDIX.

1 De Aramæiſmis, ſive Chaldaiſmis et Syriaciſmis, à Reg. 135. ad 146.
2 De Inveſtig. Thematis, à Reg. 147. ad 161.

Lite-

LITERARUM HEBRAICARUM
Nomina, Figuræ, Similitudo, Poteſtas.

Nomina.	*Figuræ.*	*Finales.*	*Similitudo.*	*Poteſtas.*	*Num.*
Aleph	א			*Spiritus lenis*, quem Græci per (᾽) notant, ut *ἀ᾽ὰμι*; mudam oris apertionem indicat.	1
Bheth	ב		כ	*bh* leniſſimum; cum dageſh, בּ *b* durum.	2
Ghimel	ג		נ	*gh* leniſſimum, cum dageſh גּ *g* durum.	3
Dhaleth	ד		ר ד	*dh* leniſſimum, ferè ut in Anglor. articulo *that*, cum dageſh דּ *d* durum.	4
He	ה		ח	*h*. Spiritus denſus Græcorum (᾽) ut in *ἁμὴν*.	5
Vau	ו		ז	*v* conſon. quâ Græci carent: ſeu digammon *vv*	6
Zajin	ז		ן	*z*. vel *ſ*. dum inter vocales pronunciatur, ut in *miſer*: nimius ille ſuſurrus literæ ז hic temperatur.	7
Hheth	ח		ח	*hh*. ſpiritus denſior, quàm denſus (᾽) Græcor. aſperiùs pronunciandum quàm הּ, mitiùs quàm כּ	8
Teth	ט		ם	*t* Latinum vel Græc. τ.	9
Jodh	י		ו	*j* conſonans, ictu quodam petit ultimos dentes.	10
Chaph	כ	ך		*ch*. proximè accedit ad χ, craſſiore ſpiritu effertur quàm ר, cum dageſh כּ & ך eandem prolationem obtinent	20
Lamech	ל			*l* Latinum, λ Græcor.	30
Mem	מ	ם		*m* Latinum, in interiori parte ſonum, compreſſis labiis colligit, quem poſtea mugitu quodam exerit.	40
Nun	נ	ן		*n* Latinum, ν Græcorum.	50
Samech	ס		ם	*ſ*. ſibilum anſerum & ſerpentum refert.	60
Ghnajin	ע		ץ	ſonum habet talem (ut Syrus Grammaticus ait) qualem vitulus edit, abſente matre.	70
Phe	פ	ף		*ph* vel F. cum dageſh פּ p Latin.	80
Tzade	צ	ץ		*tſ*. aſperiori ſuſurru profertur quàm ז	90
Koph	ק			*k* vel *q* Latinum.	100
Reſch	ר			*r*, Perſio litera canina, quòd tremula linguæ vibratione, canum, dum ringuntur, ſonum imitatur.	200
Schin	ש			*ſch*. cum puncto *Iamin*, i. e. dextro, ſonat *ſch*, Anglor. *ſh*: non longè abit à Latina prolatione, in *ſcindo*, *aſcendo*.	300
Sin	ש			cum puncto ſiniſtro, ſonat ut *ſ*. etſi non tam intenſi ſpiritus ſit.	
Thau	ת			*th*. Græc. θ ut effertur in Anglor. *thief*, *ſmith*; cum dageſh תּ *t* durum.	400

Caput Primum.

De Consonis & Vocalibus.

R. 1.  *Atione organi, literæ dividuntur in*

Gutturales	אַהֲחָעֵי
Labiales	בּוֹמָף
Palati	גִּיכֵק
Linguales	דַּלְתָּרֵט
Dentales	זְסִצְשׁ

Conſect. Literæ ejuſdem inſtrumenti ſæpè inter ſe commutantur: ut, נָשָׂא & נָסָר *eleva.*

R. 2. *Quieſcentes* אהוי Ehevi, *carentes ſub, vel poſt ſe vocali, quieſcunt*; i.e. elingues fiunt.

Exc. 1. (ו) in fine dictionis, poſt (ִ) (ֵ) ו vel י quaſi diphthongeſcit; ut, פָּנַי *pa-naj*, גּוֹי *goj*, גָּלוּי *ga-luj*.

2. י In fine movetur, licet vocali careat; ut פִּיו *piv*.

Conſect. 1. *Ehevi* de facili inter ſe permutantur: ut ex פְּרָה fit פְּרִי *fructus*.

2. *Quieſcentes*, quia inter pronunciandum non audiuntur, ſæpè in ſcribendo negliguntur; & contrà, interdum redundant.

R. 3. *Finales* סמנפצך *memoriali* Camnaphetz *comprehenduntur*. Sícque ſemper in fine vocis pinguntur: excepto הֵם *ipſi*, Neh. 2. 13. cum מ recurvo in fine. Et לְהַרְבֵּה *ad multiplicationem*, Eſa. 9. 7. cum ם clauſo in medio.

R. 4. *Vocales propriè dictæ ſunt decem:*

Longæ.		*Breves.*	
Kamets	ָ a	Patahh	ַ a
Tzeri	ֵ e	Segol	ֶ e
Hhirek magn.	ִי i	(ִ) parvum	ִ i
Hholem	וֹ o	(ֻ) breve	ֻ o
Shurek	וּ u	Kybbutz	ֻ o

Note. 1. Vocales non inchoant ſyllabam; excepto ו ante Labiales vel literam ſhevatam: ut, וּמָה *U-má*, וּלְשׁוֹן *U-leſhón*.

2. Vocales longæ conſtituunt per ſe ſyllabam, (ut פָּ *ma*) nec attrahunt ad ſe literam ſequentem, niſi in fine dictionis: ut, גֵּר *ger*.

3. Vocales breves attrahunt ad ſe literam ſequentem: ut סַ֫ר *ſar*. Excepto (-) (ֵ) & (.) in penult. ſyllaba, ut נָעַר *Ná-var*, מֶ֫לֶךְ *Mé-lech*, יְרֵב *jí-rebh*.

4. (ֽ) aliquando ſcribitur abſque (ׁ) Et tum, *omne* (ֽ) *in fine dictionis ſuſtinens accentum: aut in medio, non ſequente* (ׁ) *aut dageſh, longum eſt*: ut נְפִלִים יָרוּד.

5. (ֽ) vel ו medianum, immediatè ſequente (ׁ) aut dageſh, breves ſunt: ut, כִּיתְרוֹן *Cith-ron*, יוּדַל *jül-ledhú*.

6. (ו) interdum ſcribitur ſine ו, ut אֹל. Coaleſcit cum שׁ, quando præcedens litera vocali caret: ut, מֹשֶׁה *Moſhé*. Cum שׁ, quoties ipſa litera שׁ vocali deſtituitur: ut, שֹׁנֵא *So-né*.

7. (ו) vel ו habens aliam conſequam vocalem, eſt conſona ו: ut, יְהוָה *Jeho-vá*. קִוָּה *Kiv-vá*, ſícque ו geſtat dageſh.

8. Figura (ֽ) eſt (ֽ) breve,

1. Ante (ׁ) ut מָעֹזִּי *Mo-ohhaz*, קָסֹמִי *Ko-ſomí*.

2. Ante (ׁ) aut dageſh, nullo interveniente accentu: ut, זָכְרָה *Zoch-rá*, רָנּוּ *Ron-nú*.

3. Ante lineam Maccaph: ut כָּל־ *col*. *Exc.* א vel ה, ut לָא *la*, מָה *ma*.

4. Si ſit finale, in dictione quæ inci-

incipit cum ו converſ. ut וַיָּקָם *Vaj-já-kom.*

9. (ְ) non ſequente dageſh, eſt vicarium ּ ן, ut גִּבְּךָ *Gebbĕ-lechá.*

Cap. II.

De Sheva Simplici (ְ) & Compoſito.

R. 5. SHeva (ְ) *legitur per E rapidiſſimum,*

1. Ab initio vocis: ut דְּבַר *dedhan.*

2. In medio poſt vocalem longam: ut מַסֹּרָה *Ma-ſera,* (*aut longæ vicariam*; ut יִגְרַךְ *jeghĕ-rechá.*)

3. Poſt ſocium, *i.e. alterum* (ְ) ut נִפְקְדוּ *Niph-kedhú.*

4. Sub dageſh: ut מַסְּרוּ *Maſ-ſerú* (*etiam ſubintellectum*: ut הַלְלוּ *Ha-le-lu*, ex הָלַל Vide R. 20.)

R. 6. *Geminum* (ְ) *ab initio*, (& in medio poſt ſyllabam perfectam) *nuſquam conſiſtit, ſed prius mutatur in* (ַ) (ֶ) *vel* (ָ) *maximè ob guttural.* ה & ר. *Rariſſimè in* (ֹ)

Poſterioni (ְ) ablato, prius redit: ut פָּקְדוּנִי ex פִּקְדוּ quod ex פָּקַד R. 121.

R. 7. *Sheva ſyllabam terminat* (i.e. quieſcit)

1. In fine dictionis: ut, קָמְתְּ *kámt.*

2. In medio poſt vocalem brevem: ut קָמְתָּ *kám-ta.*

3. Ante ſocium: ut קִשְׁטְ *koſht.*

4. Poſt vocalem longam accentu tonicò notatam: ut מָסַרְתָּ *Ma-ſarta*, (*Eſt a. Accentus tonicus, vel ſolus, vel ſi ſint duo in eadem voce, ultimus.*)

R. 8. (ְ) *Quieſcens ſub* (ו) *mediano tollitur, cùm præcedit* (ַ) *ut,* יִוְּתִי pro וִיתִי (*ſheva n. quieſcens non competit* (ו) *Sic* מִוְּתִי *pro* מוּתִי.

R. 9. *Subintelligitur* (ְ) *quieſcens in fine, ſub omni conſona mobili, vocali deſtitutâ: ut,* פָּקַד *q.* פָּקְדְ

Ac mox eluceſcit, dum literæ finali aliquid additur: ut, פָּקְדָתְּ ex פָּקַד.

Ponitur verò expreſſè in ך non Kametzato. Item ſub literis בּ כּ & מ פ poſt ſocium (ְ); ut, יִשְׁבְּ *jáſhb*, תּוֹסְפְּ *toſph*, קִשְׁטְ *koſht*, יִשְׁכְּ *jáſhk.*

R. 10. *Vicem ſhevatis ſubintellectæ, ſubit* (-) *Furtivum, ſub gutturalibus* ע ח ה *& ante conſonam effertur.*

Ponitúrque ſub ultima poſt unam ex 4. poſtremis vocalibus longis, aut etiam (ְ) ut אֵלֹהַּ *Eloah*, שָׁלֹחַּ *ſhaluahh.* Sed incremento accedente, evaneſcit: ut, אֱלֹהִים.

Sub penultima verò, in forma פָּקְדוּת ut גְּבִרוּת *gu-bhaábr*, pro גְּבֻרוּת Sic, שְׁמַעַת *ſha-máayt*, לְקַחַת *la-káahht.* Itémque in unico Fut. Kal, יִחַד *jíahhd*, pro יִחְדֶּה ex יִחְדֶּה, Vide Reg 67. n. 1.

R. 11. *Sheva Compoſitum eſt triplex*, Hhateph { Pathahh (ַ) Segol (ֶ) Kamets (ָ) } i.e. *raptum* { *a* *e* *o* } *brevius* *breviori*

R. 12. *Gutturales loco* (ְ) Mobilis, *perpetuò compoſitum amant. Loco* (ְ) Quieſcentis, *uſitatè.*

Hoſtis enim gutturalium, eſt (ְ) utpotè cujus rapiditas cum ſono gutturalium non conſiſtit: proindè gutturales nunquam aſſumunt (ְ) mobile, rarò quieſcens.

Præterea, regulariter ſolæ gutturales admittunt Sheva compoſitum; ideóque (ֲ) vel (ֳ), ſub non-gutturalibus, fit tantùm adventitium: ut, וְשִׁמְעוּ *& audi*, לְקִרְאַת *ſumpta eſt.*

R. 13. *Gutturalis ſhevâ compoſito affecta, punctuat præcedentem* (mobiliter ſhevandam) *eo puncto ex quo componitur.*

Scilicet { (ֲ) punctuat præcedentem cum (ַ) (ֳ) (ָ) }

Hha-

R.14. *Hhateph* (*i. e.* ſheva compoſitum) *prognatâ vocali ex ſe, liberè redit in* (:) *ut* יְהַגֶּה meditabitur, *ex* יֶהְגֶּה *pro* יְהַגֶּה Sic יְחַפֵּךְ vertet, *ex* יֶחְפֵּךְ *pro* יְחַפֵּךְ.

(Sícque, quando ſub gutturali reperitur (:) & præcedens litera ſervilis habet (-) vel (ֵ) tunc tale (:) ortum eſt ex compoſito.)

R 15. *Sheva compoſitum, non patitur poſt ſe ſimplex: ideóque amittit vel ſuum* (:) *vel ſuam vocalem,* & tranſit in (:) ſimplex: *ut,* מַעֲשֵׂךְ *pro* מַעֲשֵׂךְ *ex* מַעֲשֶׂה opus. *Sic,* נִרְפְּכוּ *pro* נִרְפְּכוּ *ex* נִרְפַּךְ converſus fuit.

R 16. *Gutturales non tolerant ante ſe* (-) *ideóque illud ſub ſervili* ה *producunt in* (-) *nt,* הַאִם an ſi? *pro* הִ infrà Reg. 77.

Cap. III.
De Dageſh & Mappik.

(*Dageſh*, à Chald. voce דְּגַשׁ *pupugit*, eſt punctum in ventre literæ. Eſtque vel *Lene* vel *Forte*.)

R.17. *Dageſh Lene, à ſex literis* בְּגַד כְּפַת *aſpirationem tollit, earúmque pronuntiationem nonnihil roborat.* (Ut ſit in Latino, Imber, Agmen, Lego.)

Regulariter imprimitur ab initio: in medio a. & in fine, poſt (:) ſilens, ut פְּקֻדֹתָי, פָּקְדוּתִי Omittitur verò ab initio poſt *Ebevi*; ut, כִּי כָלוּ בְיָגוֹן At ſi præceſſerit vox יְהוָה, aut accentus Regius; vel etiam duæ ex בְּגַד כְּפַת concurrant, Dageſh ab initio poſt Quieſcentes manet: ut, יְהוָה בַּשָּׁמַיִם *Jehova in cœlis.* וְהָיָה כְּעֵץ *& erit* (vir ille) *inſtar arboris.* (ubi ſuprà יְהוָה ponitur accentus *Rebia.*) בְּנֵי דָן *filii Dedhan.* It. omittitur in medio in Affixo, כֶם, aut ſi (:) fuerit ex vocali longa profectum, ut לְבַבְכֶם ex לֵבָב *cor.* Itémque in forma חַלְבוֹת.

(*Nota.* Dageſh *Lene*, dicitur comparatione ejus quod *Forte* appellamus, nam lenius eo eſt, cum alioquin *lene* propriè non ſit.)

R.18. *Dageſh Forte literas duplicat; ita, ut prior literæ pars cum priori, & poſterior cum poſteriori puncto, efferatur: ut,* פַּקֵּד Pak-kedh. *Regulariter ſequitur vocalem brevem*; longam non, *niſi accentuatam*: ut, לַמָּה *Excepta* בָּתִּים battim, *domus.*

Eſtque triplex:

1. *Characteriſticum*, formationis, Conjugationis ſcil. ſecundæ & quartæ.

2. *Compenſativum*, literæ deficientis.

3. *Euphonicum*, ornatûs, quod eſt omnium literarum, ſed maximè tertiæ radicalis, quando ſub ſecunda præcedit (.) (-) vel (ֵ) ut, קַלְּתָה, קִשְּׁרָה, עִבְרָה, Aut quando vox terminatur in (ִ) ut, עָנִי *pauper.* Pl. עֲנִיִּים.

R.19. *Conſonæ gutturis & canina* ר, *abhorrent à dageſh*, (א tamen 4 in locis, & ר 9 eo afficitur;) *ideóque defectum ejus vocali longâ compenſant*: ſcilicet mutando (-) in (ֵ) & (.) aut (ֵ) in (ֶ.) & (ֵ) vel (ֵ.) in ֶ aut ֵ.

Et hæc quidem compenſatio ante ר ſemper fit: at ante gutturales ſæpè compenſatio negligitur.

R.20. *Dageſh* (accelerandæ pronuntiationis cauſâ) *ſæpè ex literis ſhevatis tollitur, maximè* (ְ) *vel* מ, *necnon ultimâ mobili vocali deſtitutâ: ut* וַיַּכֵּהוּ & perfecit, *pro* וַיַּכֵּהוּ Vide Reg. 67.

R.21. *Mappik* (à נָפַק eduxit) *eſt punctum in ſolo* ה *finali, ut doceat illud conatu quodam efferendum: ut* אֵלֶיהָ.

Sed incremento accedente, perit: ut, אֱלֹהִים.

Cap. IV.

De Syllaba.

(Ex Consonis & Vocalibus fit Syllaba, quæ est vel Pura vel Mixta.)

R.22 *Pura constat ex una consona: ut,* פָּ pa. *Mixta ex duabus, tribúsve: ut* קַד kadh, קַדְתְּ kadht.

Utriusque proprietas est unam tantùm vocalem complecti; ideóque Hebræi veras diphthongos non agnoscunt, sed tantùm *Quasi-diphthongos*. Nam etsi ו & י in fine dictionis, à quibusdam diphthongescere dicantur, ut קָו *kav*, גּוֹי *goj*, גָּלוּי *ga-luj*, si tamen ei aliquid addideris, mox ostendet se esse consonantem & non vocalem: ut, קָוִים *kav-vím*, גּוֹיִם *go-jím*, גְּלוּיִם *gelu-jim*. Simile quid est in Latino *Cui, Cujus. Ei, Ejus.*

Cap. V.

De *voce in communi.*

R.23. *Vox Nuda, sive* Primitiva, *solis literis Radicalibus constat: ut,* דָּבָר verbum.

Aucta sive *Derivativa*, præter Radicales, aliquam ex sex literis (*quæ hoc vocabulo artis comprehenduntur*) הַמְנִיתִי à tergo vel à fronte suscipit; ut מִדְבָּר *desertum*.

Literarum *Heemanthi* usus est in omni voce. In Nominibus Heemanthicis א ה ו prænominantur: ut אֶצְבַּע *digitus*, הַשְׁמָעוֹת *auditus*, וְהוֹדָיָה *laus*. (Sin a. postponantur, non formam Heemanthicam, sed terminationem fœm. constituunt, R.27.)

ם rariùs dictionem claudit: ut, סֻלָּעַם *attacus*, פְּרִיּוֹם *redemptio*. Sícque aliquando format adverbia, ut יוֹמָם *interdiu*, פִּתְאֹם *repentè*, חִנָּם *gratis*. Sed sæpissimè vocem inchoat: ut, מַאֲכָל *cibus*, מַעֲמוֹרוֹת (quod solùm est cum duplici ם Heemanth.) *granaria*. Et plerunque ם nomina instrumenti constituit: ut מָגֵן *clypeus*, מַפּוּחַ *follis*, מַפְתֵּחַ *clavis*, מְזֹרֶה *ventilabrum*, מְנוֹרָה *candelabrum*. Et sic מָאוֹר *luminare*, id est, corpus pellucidum, per quod אוֹר *lux*, splendorem suum transmittit.

נ Propriis præponitur: ut *Nimrod*, *Naphthali*. Rariùs Appellativis, ut נְפִילָה *lucta*, נִמְהָה *contemptum*, (cum duabus literis Heemant. vel compos. ex Particip. Niph. & ם Heemant. *contemptibile*.) Fini (*præcedente* (ֹ) *vel* ו) sæpiùs superadditur: ut, קָרְבָּן *oblatio, donum*, כִּבְשָׁן *fornax*, חִסָּרוֹן *defectus*, זִכָּרוֹן *memoria*. Et aliquando ן diminutionem notat: ut, שַׁבְּתוֹן *subbathulum*, tempus illud quod de die profano ad sacrum additur.

(ו) præpositum in Propriis frequens: ut, *Jeconia*, (qui Jer. 22. 24. per contemptum vocatur *Conia*.) RariùsAppellativis: ut, יְרָקוֹן *pera*, יְשׁוֹף *vespertilio*, יְצְהָר *oleum*, יְקוּם *substantia*, &c. Postpositum formæ adjectiva: ut, נָכְרִי *alienus*, חָפְשִׁי *liber*. Item, Numeralia ordinalia, ut, שֵׁנִי *secundus*, שְׁלִישִׁי *tertius*. Item, Gentilia, ut, מִצְרִי *Ægyptius*, quæ ob insignem aliquam proprietatem, aliquando transeunt in appellativa: ut, Jon. 1. עִבְרִי *Hebræus ego*. LXX. Ἐγὼ Κύριον. Jer. 3. *Juxta vias sedisti* יְעָרְבִי *sicut Arabs*. Hier. *ut latro*: fuerat enim gens latrociniis dedita: Sic כְּנַעֲנִי *Cananæus* pro mercatore; כַּשְׂדִּי *Chaldæus* pro astrologo, *&c.*

Prima

R.24. *Prima Radicalis in Nominibus & Verbis perfectis accipit* (:) *quoties ei litera Heemanthica præfigitur: ut* מִשְׁפָּט judicium.

Excipies si fuerit dageſh in prima vel ſecunda litera radicali: ut, תִּתֵּן, הִפֵּקוּ.

R.25. *Litera Heemanthica, primæ radicali præfixa, naturâ ſuâ poſcit* (:)

Hoc enim eſt vinculum, per quod ſerviles radicalibus annectuntur. Sin a vox includat literam quieſcent, aut geminatam, literæ Heemanth. amant vocalem longam, juxta Reg. 58. ut מָלוֹן (à לוּן) *diverſorium*, מֵרוּץ (à רוּץ) *curſus*, מָגֵן (à גָּנַן) *clypeus*, מֵסֵב (à סָבַב) *circulus*.

CAP. VI.

De Nomine.

R.26. *Maſculinum exit in radicalem literam, vel in ſervilem quamcunque, præter* ה *&* ת.

Exc. 1. Nomina fœmellarum, locorum, urbium, regionum, ventorum, (ut & ipſa nomina appellationis, מָקוֹם *locus*, עִיר *urbs*, רוּחַ *ventus*) & rerum naturâ vel arte geminarum, quæ etiamſi definant in radicalem, ſunt tamen fœminina; ut רָחֵל *ovis, Rachel*, בָּבֶל *Babylon*, צָפוֹן *Aquilo*, רֶגֶל *pes*, חֶרֶב *gladius anceps*. Alia ferè omnia ſunt maſcul. pauca communia. 2. Numeralia cardinalia à tribus ad decem, cùm definunt in radical. ſunt fœminina: ut, שָׁלֹשׁ *tres*. Et contrà, in ſervile ה vel ת, ſunt maſculina: ut שְׁלֹשָׁה & שְׁלֹשֶׁת.

Nota. Maſculin. definens in (י) Heemanthic. format de ſe fœmin. per יָת. vel יָה. ut, מִצְרִי *Ægyptius*, מִצְרִית & מִצְרִיָּה *Ægyptia*.

R.27. *Fœmininum deſinit in ſervile* ה *vel* ת.

Fitq3	ה	ut	טוֹבָה bona, *& cum* א *loco* ה, חָנָא commotio, שְׁנָא ſomnus.
	ת		מְנָת pars.
	ת		אַחַת una, *pro* אַחֲוָת
	ת		אֱמֶת veritas, *pro* אֱמֶנֶת
	ת		תִּפְאֶרֶת decus.
	ית		רֵאשִׁית principium.
	ות		אֲחוֹת ſoror.
	ות		מַלְכוּת regnum.

Ad majorem emphaſin cum utroque ſigno fœm. in חָה ut יְשׁוּעָתָה omnimoda ſalus. Non eſt in Deo עַוְלָתָה nè minima quidem iniquitas. Sic in Verbis נִפְלְאָתָה admodum mirabilis fuit: הֶחְבִּיאָתָה probè & pulchrè occultavit.

Nota. Terminatio fœmin. ה. geſtat accentum in ultima, ut: צְדָקָה *juſtitia*. Sicq; differt ab ה Paragog. vel Locali, (infrà Reg. 102.) quæ habent accent. in penultima. ut לַיְלָה שְׁאֹלָה *nox*, *in infernum*.

R 28. *Neutrum exprimitur per adjectivum abſolutè poſitum: ut,* לֹא טוֹב *Non bonus*, i.e. non bonum hominem eſſe ſolum. Non in ore ejus נְכוֹנָה *recta*, i.e. rectum. אַחַת *Unam petii*, אֹתָהּ *illam requiram*, i.e. unum, illud. Linguam loquentem גְּדוֹלוֹת *magnas*, i.e. magnalia.

R 29. *Comparativi particula eſt* יוֹתֵר magis *&* מִן præ: *Superlativi verò* מְאֹד *valdè, &* ב *in: ut*, Cui velit rex facere honorem magis à me, i.e. quàm mihi. In Novo Teſtamento, *Bonum eſt ingredi vitam claudum, quàm* &c. i.e. melius. Ità, *Magna gloria domûs poſterioris* מִן præ priori, i.e. major. *Boni amores tui* מִן præ vino,

i.e. meliores. Sic, Bonum valdè. Moſes mitis valdè. Leo fortis in beſtiis. *In N.T.* Benedicta in mulieribus.

Notæ. 1. מ comparativum, poteſt etiam explicari adverſativè: ut טוֹב *Bonum eſt ſe recipere ad Jehovam,* מִבְּטְחַ *præ confidere in homine,* i. e. melius, non autem. Et in N. T. *Deſcendit iſte juſtificatus, quàm ille:* ἢ pro ἤ, non autem ille.

2. Superlativum etiam exprimitur per Nomen Dei; ut, *Montes Dei,* i.e. altiſſimi. *Pavor Dei. Sopor Domini,* i.e. maximus. *Civitas magna* Deo. In N. T. *Moſes venuſtus* Deo. *Arma militiæ noſtræ potentia* Deo, i.e. admodum potentia. Item per Adjectivum continuè repetitum: ut, *Malum malum,* i.e. peſſimum. *Profundum profundum. Ficus bonæ bonæ.* Item per Genitivum pluralem ejuſdem vel diverſi nominis, præſertim ſi adjunctam habeat qualitatem: ut, *Rex regum,* i.e. potentiſſimus. *Servus ſervorum,* i.e. abjectiſſimus. *Canticum canticorum,* i.e. excellentiſſimum. *Nam* Genitivus plural. reflexus ſuper ſuum Nominativum, ſingularem importat excellentiam: *aiunt Colonienſes in Hiſpanum.* Et ſic *Vanitas vanitatum.* Et in N.T. *Cœli cœlorum.* i.e. altiſſimi. Jud. v. 18. *Secundùm deſideria* ſua ipſorum ambulantes *improbitatum.* Item per duo Synonyma: ut, *lutum cœni,* i. e. profundiſſ. *obſcuritas tenebrarum,* id eſt, denſiſſima: *iniquitas peccati,* i.e. maximè peccaminoſa. *Pluvia imbris,* i.e. maxima. In Novo Teſtamento, *in felle amaritudinis, magnitudo potentiæ, robur virium, caligo tenebrarum.*

R.30 *Numerus eſt triplex: Singularis,* ut, כָּנָף ala. *Dualis,* כְּנָפַיִם duæ alæ. *Plural.* כְּנָפוֹת plures alæ.

Dualis (potiſſimùm adhibetur in rebus naturâ vel arte geminis, &) *exit in* יִם ים ut, יוֹמַיִם *biduum.*

Et ſi adſit ה fœmininum, mutatur in ת, ut, שָׁנָה *annus,* שְׁנָתַיִם *biennium.*

R.31 *Pluralis maſculin. adjicit ſuo ſingulari* ים. *Quædam* ין. *more Chaldæorum, ut* יְמִין dies. *Pauca* י *ex forma conſtructa Syrorum: ut,* שָׂדַי agri. *Et ſic* אֲדֹנָי Dominus.

Deficientia in (,) plerunque ſyncopant alterum: ut, כְּלִי *vas.* Plural. כֵּלִים.

R.32 *Pluralis fœminin. adjicit ſuo ſingulari* וֹת, *abjectis* ה *vel* ת *ſervilibus.*

At verò יוֹת mutatur in יוֹת. Et וֹת in יוֹת ut, חָפְשִׁית *libertas.* Plur. חָפְשִׁיוֹת Et מַלְכוּת *regnum.* Plur. מַלְכֻיוֹת.

Et Nomina radicalia שַׁלְמָה חִרְפָּה שִׁמְחָה } in plurali habent formam formæ צִדְקוֹת } i.e. ſub prima radicali (:) ſub ſecunda (.) ut שִׂמְחָה *lætitia,* Plur. שִׂמְחוֹת

Anomalia Numeri. 1. Quædam ſunt Dualia tantùm, vel Pluralia terminatione, & ſingularia intellectu: ut מַיִם *aqua,* פָּנִים *facies.* 2. Nomina metallorum & liquidorum carent plurali: Ætatum, ſingulari. 3. Multa maſcul. in plur. exeunt in וֹת, ut אָבוֹת *patres.* Et fœmin. in ים ut תְּאֵנִים ex תְּאֵנָה *ficus.* Quædam etiam utramque terminationem admittunt: ut, צְבָאִים & צְבָאוֹת *exercitus.* 4. Hæc ſequentia, prorſus variant à ſuis ſingularibus: ut, אִישׁ *homo* אֲנָשִׁים בַּיִת *domus* בָּתִּים, בֵּן *filius* בָּנִים עִיר *urbs* עָרִים, יוֹם *dies* יָמִים, תַּיִשׁ *hircus* תְּיָשִׁים, רֹאשׁ *caput* רָאשִׁים Sic fœmin. אָחוֹת *ſoror* אֲחָיוֹת, בַּת *filia* בָּנוֹת, עַיִן *fons* עֵינוֹת 5. Plura-

lis

lis ponitur de uno ex ſingularibus, quando Scriptura unum aliquod incertè indicat: ut, Sepultus eſt *in civitatibus* Gilead. Super pullum filium *aſinarum*. Caulus *leonarum*. Et deſcendit Jonas *ad latera* navis. In Novo Teſtamento, *Latrones exprobrarunt ei*, apud Luc. *unus ex ſuſpenſis*.

R.33 *Caſus certâ aliquâ præarticulatione diſtingui nequeunt. Interim tamen,*

ה eſt communis nota omnium caſuum: ut, הָרְשָׁעִים *illi impii*, præcipuè tamen Genitivi & Vocat. אַשְׁרֵי הָאִישׁ *beatitudines illius viri*. הָאוֹיֵב *ô inimice*. Poſt verbum, Accuſat. ut, הוֹשִׁיעַ הַמֶּלֶךְ *ſalva regem*.

ל eſt index interdum Genitivi (at apud Rabbin. vocula שֶׁל vide in Pronomin.) *ſed ſæpius Dativi*: ut, חוּשָׁה נָא לְבֶן דָּוִד *Salutem affer nunc filio Davidis*. Unde etiam ὠσάννα τῷ υἱῷ Δαυὶδ, in in N.T. cum Dativo.

אֵת Accuſativi; ut, *Creavit* אֵת הָאָרֶץ *terram*. *Miſerebor* אֶת־אֲשֶׁר אֲחוֹן *quem* (cujus) *miſerebor*. Sic Rom. 9 15. ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ. At verò cum Verbis paſſivis Nominativum notat, éſtque idem quod *ipſemet*; ut, *Non vocabitur* אֶת־שִׁמְךָ *ipſum nomen tuum*. *Replebitur majeſtate ejus* אֶת כָּל הָאָרֶץ *omnis terra*.

ב & מִן Ablativi: ut, בְּדָבָר *in verbo*, מִן דָּבָר *à verbo*. Et coaleſcentibus his dictionibus in unam, מִדָּבָר

Nota. In Appoſitione, utrique ſubſtantivo, iſti articuli præfiguntur: ut, לַאדֹנִי לְעֵשָׂו *Domino meo Eſau*: אֶת עַמִּי אֶת יִשְׂרָאֵל *populum meum Iſrael*. Hinc patet in hac phraſi: קָנִיתִי אִישׁ אֵת־יְהוָה *Acquiſivi virum cum Jehova*, Gen. 4. 1. אֵת non eſſe notam Accuſativi. Si n. notaret Accuſativum dictum fuiſſet, קָנִיתִי אֵת־אִישׁ אֵת־יְהוָה *Acquiſivi virum Jehovam*.

R.34 [*Cùm duo Nomina ita concurrunt, ut poſterius per Genitivum vel Ablativum Latinis reddi debeat, tunc prius dicitur eſſe in Regimine.*]

Propter Regimen mutatur fœminorum ה. *in* ת. *ut*, תּוֹרַת יְהוָה *Lex Jehovæ*, ex תּוֹרָה *Et Maſculinorum* ים *ut & Dualium* ַיִם *contrahitur in* י. ut מֵי נַחַל *aquæ torrentis*, (ex מַיִם) *quod non raro per reduplicationem facit* מֵימֵי.

Pauculæ particulæ etiam formam Regiminis imitantur: ut, אַחֲרֵי *minam*, אַחֲרֵי *poſt*, עֲלֵי *ſuper*, עֲדֵי *uſque*.

Note. 1. Forma Regiminis etiam adhibetur, ſequente aliqua particula שֶׁבְּלִם ut, מָקוֹם שֶׁנָּפוֹל *in loco quo cecidit*, (ex מָקוֹם) כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *ſecundùm lætitiam in meſſe*. קְנֵצֵי לְמוֹרִי *fines ſermonum*: נְבִיאֵי מִלִּבָּם *prophetæ ex corde ſuo*. Aut Pronomine אֲשֶׁר etiam ſubintellecto: ut, בְּמָקוֹם אֲשֶׁר *in loco quo*. קִרְיַת חָנָה *civitas* (in qua) *metatus eſt*. Aut Infinitivo vel Adverbio, tanquam nomine Genitivi caſus: ut, בִּימֵי שְׁפוֹט *in diebus judicare*, i.e. judicii: דְּמֵי חִנָּם *ſanguines immeritò*, i.e. innocentiæ.

2. Nomen regens (i.e. prius ſubſtantiv.) aliquando deſideratur: ut, Deut. 20. 19. כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה *nam homo arbor agri*, i. e. חַיֵּי הָאָדָם *vita hominis: Vivit enim homo è fructu ejus*. Eſth. 5. 1. Induit Eſther מַלְכוּת *regnum*, Targ. לְבוּשֵׁי מַלְכוּתָא *veſtes regni*. Dan. 9. חֲמוּדוֹת אַתָּה *deſideria tu*, quòd Dan. 11. expletur אִישׁ חֲמוּדוֹת אַתָּה *vir deſideriorum tu es*. Venter meus eſt ſicut vinum, *pro, uter vini*.

3. Subſtantivum rectum (i.e. poſterius) frequentiſſimè ponitur Adjectivi loco, abſtractum pro concreto: ut, *Vir linguæ*, id eſt, maledicus: *vir in-*

ingenii, vir cordis. Viri nominis, id est, famosi: *viri numeri*, id est, pauci. *Panis hordeorum. Terra sanctitatis. Inhabitantes domos luti. Homines vanitatis. Virga ferri.* In N.T. *In igne flammæ. Super sermonibus gratiæ.*

R. 35 *Substantivum semper adjectivum præcedit: ut*, בֵּן חָכָם filius sapiens. *Et sic in numerali identico* אֶחָד unus: *ut* דְּבָרִים אֲחָדִים verba una, *id est*, eadem. *In reliquis verò numeralibus, nunc præcedit, nunc sequitur: ut*, עָרִים שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה civitates tredecim. *Et* שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה עָרִים tredecim civitates. *Quòd si numerale sit Duale vel Plurale, semper præcedit: ut*, duæ viæ, triginta filii.

Extra hunc casum, si adjectivum præcesserit, ellipsis verbi substantivi indigitatur: ut, *bona* (est) *sapientia*. Quod idem in Pronominibus observandum: ut, *Ista* (sunt) *generationes. Hæc* (est) *illa requies.*

Nota. Substantivum cum adjectivo plerunque convenit genere & numero. At 1. Numeralia pluralia cum singularibus, contráque singularia cum pluralibus, collocantur: ut, עֶשְׂרִים שָׁנָה *viginti annus*: מֵאָה פְּעָמִים *centum vicibus.*

2. Hæc tria, בְּעָלִים, אֲדֹנִים, אֱלֹהִים, honoris vel mysterii causâ, junguntur singularibus; ut, *Dii sancti ipse. Conjuges tui, factores tui, Jehova. Abraham Domini ejus. Concludam Ægyptum in manum Dominorum duri*, Jes. 10. 4. (ubi R. Sal. Omne vocabulum אֲדוֹנִים *dominii*, effertur numero plurali, etiam de unico.) *E contra*, Collectiva sæpè junguntur pluralibus; nam in sing. num. pluralitatem comprehendunt: ut, עַם הוֹלְכִים *populus ambulantes*, Jes. 9. 1.

3. Cum plurale jungitur singulari, plerunque distributio notatur: *ut*, Rectum judicia tua: *i.e. unumquodque.* Maledicentes tibi maledictus, *i.e. quilibet maledicentium.* Et sic etiam in Pronominibus: *ut*, Enarrabo laudem tuas, *i.e. omnes & singulas.* Idem fit si repetatur substantivum: *ut*, Erant facientes gens, gens, Deos suos, *i.e. quæque gens.* Vir, vir, *i.e. unusquisque.* Duo, duo, ingressa sunt, *i.e. bina.* Quòd si interveniat, notatur diversitas: *ut*, לֵב וָלֵב Corde & corde loquuntur, *i.e. diverso corde.* Lapis & lapis, Epha & Epha, *i.e. diversa pondera, diversæque mensuræ.*

Cap. VII.
De Pronomine.

R. 36 *Pronomina Declinabilia, sunt tria. Prima persona*, gen. Commun.

	Singular.		Plural.	
No.	אָנֹכִי אֲנִי	Ego	אֲנַחְנוּ, נַחְנוּ	Nos
Ge.	שֶׁלִּי	mei	שֶׁלָּנוּ	nostri
Da.	לִי	mihi	לָנוּ	nobis
Ac.	אוֹתִי	me	אוֹתָנוּ	nos
Ab.	מִמֶּנִּי, מֶנִּי	à me.	מִמֶּנּוּ, מֵנּוּ	à nobis.

Secunda persona.

	Masculinum.		Fœmininum.	
No.	אַתָּה	Tu	אַתְּ	Bis pro masc.
Ge.	שֶׁלְּךָ	tui	שֶׁלָּךְ	ponitur
Da.	לְךָ	tibi	לָךְ	fœm. אַתְּ in signum animi perturbati. Num. 11. 15. Deut. 5. 27.
Ac.	אוֹתְךָ	te	אוֹתָךְ	
Ab.	מִמְּךָ	à te.	מִמָּךְ	

	Pluraliter.			
No.	אַתֶּם	Vos	אַתֶּנָה, אַתֵּן	
Ge.	שֶׁלָּכֶם	vestrum	שֶׁלָּכֶן	
Da.	לָכֶם	vobis	לָכֶן	
Ac.	אֶתְכֶם	vos	אֶתְכֶן	
Ab.	מִכֶּם	à vobis.	מִכֶּן	

Tertia

Tertiæ personæ, Remotioris, scil:

N.	הוּא Ille	הִיא	Illa
G.	שֶׁלּוֹ illius	שֶׁלָּהּ	illius
D.	לוֹ illi	לָהּ	illi
Ac.	אוֹתוֹ illum	אוֹתָהּ	illam
Ab.	מִמֶּנּוּ ab illo.	מִמֶּנָּהּ	ab illa.

Pluraliter.

N.	הֵמָּה, הֵם Illi	הֵנָּה, הֵן	Illæ
G.	שֶׁלָּהֶם illorum	שֶׁלָּהֶן	illarum
D.	לָמוֹ, לָהֶם illis	לָהֶן	illis
Ac	אֹתָם, אוֹתָם illos	אֹתָן, אוֹתָן	illas
Ab.	מֵהֶם ab illis	מֵהֶן	ab illis.

It. tertiæ pers. *Propinquioris*, & magis demonstrans: ut, Masc. זֶה *iste*, & semel זֶה Ezek. 47.13. Plur. אֵל & אֵלֶּה *isti*.

Fœm. זֹאת, זוֹ & זֹה *ista*, caret plurali.

Commun. זוֹ, *hic*, *hæc*, utroque genere & numero.

Reperitur etiam זֶה *iste*, *ista*, sed semper cum ה præfixo, הַזֶּה. Et הַהִוא *ille*, q.ex הַ & הִוא. Itémque הַהִיא הַזֹּאת *hæc*, *ipsa*, q.ex הַ & זֹאת.

Nota. 1. Pronomina personalia, sæpissimè loco verbi substantivi ponuntur: ut, *Nudus ego*, scil. sum. *Pulvis tu. Nudi illi.*

2. Pronomina personalia, eorúmque affixa, aliquando respiciunt rem vel personam remotiorem, non propinquiorem: ut, *Et Reseninter Nineve & Celach*: הִיא *illa est urbs illa magna*, Gen. 10.12. ubi הִיא refertur ad remotius *Nineve*, non ad propinquius *Celach*. *Moses & Aharon in sacerdotibus ejus, & Schemuel, &c. in columna nubis loquebatur ad eos*, Psal 99.6,7. non ad Schemuelem, sed ad Mosen & Aharon. In N.T. *Diabolus mendax est, & pater ejus*, scil. mendacii. Sic Heb. 9.34. *Post secundum autem velum, σκηνὴν tabernaculum, aureum habens thuribulum, καὶ κιβωτὸν & arcam, ἐν in qua urna aurea, &c. Ubi ἐν non refertur ad arcam*, sed ad remotius σκηνὴν. *Nihil* enim erat *in arca, tantummodò duæ tabulæ lapideæ*, 1 *Reg.* 8.9.

R.37. *Pronomina Indeclinabilia sunt duo:*

1. *Relativum* אֲשֶׁר *Qui, quæ, quod.* Et quando obliquo casu effertur ferè perpetuò post se pleonasmum affixi trahit: ut, *tanquam gluma,* אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ *quam dispellet eam ventus. Beatus, cujus Deus in auxilio ejus. Quo in eo anima vivens.* In N.T. *cujus vibice ejus sanati sumus.*

Porrò אֲשֶׁר aliquando omittitur: ut, *Populus* (quem) *non novi. In via* (quam) *eliget &c.* Aliquando & ipsum antecedens: ut, *Bibe de* (aqua) *quam hauserunt. Et præcepit* (ei) *qui super domum.*

2. *Interrogativum* { *Personæ*, מִי Quis? *Rei*, מָה, מֶה Quid. Et aliquando ingreditur compositionem, ut מַהֵם *quid isti*, מַזֶּה *quid hoc*, מַכֶּם *quid vobis.* Legitur & מָן, Exod. 16.15. unde *Manna.*

Nota. מִי & מָה sequente Relativo, fit & ipsum relativum: ut, מִי אֲשֶׁר *Is qui didicit.* מָה שֶׁהָיָה *Id quod fuit.*

CAP. IX.

De Verbo.

R.38. UNicum *Præteritum, omnes species Præteritorum comprehendit:* ut, פָּקַד *visitabat, visitavit, visitaverat, visitavisset, &c.* Apud Prophetas autem crebrimè pro Futuro usur-

usurpatum, quo res certò futura significentur, perinde ac si jam evenisset: ut, *Puer* יֻלַּד *natus est nobis*, pro nascetur.

R.39. *Post primam vocem Imperativi, literæ afformantes sunt* נָה, וּ, Sicque terminationes istæ ה, וּ, ִי in Præteritis & Imperativis, punctum à se proximum (extra Hiphil) mutant in (:) ut, פָּקְדוּ, פָּקְדִי, פָּקְדָה

Nota. Imperativi usus est in deprecationibus & petitionibus: ut, *Miserere mei. Exaudi me.* Item in promissionibus; ut, *Custodi præcepta mea, & vive*, i. e vives. Sic & in comminationibus, *Eccl.* 11. 9. *Lætare juvenis*, est sermo comminatorius: R.D i.e. lætare & videbis quid eveniet in novissimo tuo. Item in præceptis affirmativis, ut, *Audi Israel. Honora patrem.* In negativis verò usurpatur Futurum, eò quòd vim suam in omne tempus exerat: ut, *Non occides*, i. e. ne occidito.

R.40. *Futurum formatur ab Imperativo per præformantes* אתין, *retinétque terminationem Imperativi:*

א notat primam pers. sing. commun. gener.

ת secundam m. in utroque genere & numero; nec non tertiam fœm. in utroque numero.

(י) tertiam masc. in utroque num.

נ primam plur. com. gen.

Nota. Futurum adhiberi solet ad notandum varios actus. 1. *Continuum*; ut, Et in lege ejus *meditabitur* die ac nocte. 2. *Solitum*; ut, Cras sunt Calendæ, quibus *sedebo* cum Rege. 3. *Possibilem*; ut, *Numerabo* omnia ossa mea. 4. *Licitum*; ut, Videat ipse, *videbit* occisorem illum. Post mortem sacerdotis *reverietur* occisor, i.e. jure poterit. 5. *Debitum*; ut, Filius *honorabit* patrem. Labia sacerdotis *custodient* scientiam. *Non erit* mendicus. *Non erit* scortum in Israel, i.e. curabis ut non sit. *Sancti eritis*, quia ego sanctus sum. 6. Usurpatur etiam *pro Optativo*: ut, *Osculabitur me. Transibo per terram tuam*: sic, *Quis dabit*, i.e. utinam quis det &c.

R.41. *Infinitivi cum Imperativis coincidunt, & cum literis* בְּלֹם (quæ in Verbis, solis Infinit. ministrant) *constituunt Gerundia*; ac usitatissimè efficiunt circumlocutionem Conjunctivi: ut, בִּפְקֹד *in visitando*, i.e. *cùm visitaret*, vel postquam visitavisset. כִּפְקֹד *secundum visitare*, i.e. postquam visitavit: לִפְקֹד *ad visitandum* i.e. quando visitavit, vel ut visitaret. At cum מ negationem includit: ut, מִפְקֹד *à visitando* i.e. ne visitem, vel visitet. *Spreverunt me* מִמְּלֹךְ *à regnando*, i.e. ne regnem. *Obscurabuntur oculi eorum* מֵרְאוֹת, μὴ βλέπειν, Rom. 11. 10. i.e, nè videant.

Nota. 1. Infinitivus sæpè jungitur Verbo finito suæ significationis. *Et si Infinitivus præcesserit, notatur vehementia, certitudo rei, quandoque etiam celeritas*: ut, *Castigando castigavit me*, i.e vehementer. Luc. 22. *Desiderando desideravi. Faciendo faciam tibi misericordiam*, i.e. certò. *Videndo vidi*, quod Act. 7. 34. redditur *Vidi vidi. Veniendo veni*, i.e. celeriter. Et additâ negatione vehementius negat: ut, *Non redimendo redimet. Non moriendo moriemini*, i.e. nequaquam. *Eripiendo non eripuisti*, i.e. nè minimam quidem partem liberationis præstitisti. *Erubescendo non erubescent*, i.e. nequaquam erubescent. *Sin autem Infinit. frequentur, continuatio & frequentatio indigitatur*: ut, *flete flendo, audite audiendo. Ivit eundo*, i.e. indesinenter.

Et

Et sic Verbum finitum, si quantitatem vel qualitatem adsignificet, adverbiascit: ut, *Magnificavit facere*, i.e. magnificè fecit. *Benefacite pulsare*, i.e. optimè pulsate. *Benefeciſti videre*, i.e. bene vides. Idem accidit verbo יָסַף; ut, *Et addidit mittere*, i.e. iterum misit.

2. Finitum alteri Verbo finito sine copula junctum, adverbiascit; ut, *Ne multiplicetis loquamini*; i.e. nè multùm. *Prospera equita*, i.e. prosperè. *Multiplica lava, Profundaverunt corruperunt*, i e. profundè.

R.42. *Participia non modò actum, sed & habitum notant: ut,* שֹׁמֵר *custodiens*, qui actu custodit, & *custos*, qui officium vel consuetudinem habet custodiendi. Sícque si post Participium sequatur articulus אֶת denotat actum tantùm: ut, *Sic dicit Jehova* עַל־הָרוֹעִים הָרֹעִים אֶת־עַמִּי *ad pastores pascentes* (qui pascunt) *populum meum.*

Sumitur Participium, 1. *Pro tempore præsenti*; idquè semper cum Pronominibus: ut, *Visitans ego*, i.e. visito. 2. *Pro Paulo-post-futuro*: ut, Primogenitum Pharaonis *sedentem super solium*, i.e. paulò post sessurum, *Invenit navem euntem*, i.e. mox ituram. *Ego pluens*, vel *Ego pluo*, i.e. brevi pluam. Sic in N. T. *Vado ad Patrem meum. Quò ego vado. &c.*

R.43. *Tertia persona Præteriti* KAL, *ipsum thema exhibet, habens sub prima radicali* (ֶ) *sub secunda* (-) *vel* (ֵ.) *rarissimè appositum* וֹ: *ut,* פָּקַד *visitavit,* קָטֹן *senuit,* קָטוֹן *parvus fuit.*

At verò si ultima fuerit א vel ה, tum est geminum (ֵ) ut מָצָא *invenit,* גָּלָה *revelavit.*

Nota 1. Hæc prima conjug. Activa dicitur קַל i.e. *levis*, tum *scriptione*, caret enim signo characteristico, (ut reliquæ;) tum *significatione*, quæ simplex est, & continet verba Activa & Neutra.

2. *Tertia persona utriusque numeri, si ponatur* absolutè, (i. e. sine Nominativo) *impersonaliter usurpatur*: ut, *Et Adamo* לֹא מָצָא *non invenichat auxilium*, i. e. non inveniebatur. *Idcirco* קָרָא *vocavit puteum illum Beer-lachai-roi*, i. e. vocatur. *Maledicta sit nox illa, in qua* אָמַר *dixit*, i.e. dictum est. Sic & in Futuris: *Sumet de vobis paraboiam. Et vocabit nomen ejus admirabilis, &c. Et hoc nomen ejus quo vocabit ei, Jehova justitia nostra*, i.e. quo vocabitur. Sic in N.T. *Hac nocte repetent animam à te.*

R.44. *Ejus Passiva* (à forma) *dicitur* NIPHAL; *habétque characterem Præteriti & Participii* נ; *Imperativi & Infinit.* ה, *cum* (.) *sequente dagesh.*

Terminatio Præteriti (juxta tres formas Præteriti Kal) fit in (-), (ֵ.) vel (ָ) rariùs. Participii in (.). Reliquorum temporum in (ֵ.)

Infinitivus etiam aliquando exit in וֹ: ut, הִנָּתוֹן *tradere*; & præterea assumit charact. Præteriti נ, ut נִלְחוֹם *pugnare*, נִכְסוֹף *desiderare*, נִשְׁאֹל *postulare.*

Nota 1. Connotat hæc conjugatio passionem à se vel ab alio illatam: ut, *Spiritus* נִשְׁבָּרָה *fractus*, (per se) *Cor confractum*, (à se) *Comestus est*, (ab alio) *Amasa* לֹא נִשְׁמַר *non custoditus est*, i.e. non cavit sibi. 2. Continent Verba quæ carent parente: (i.e. *quorum significatio in Kal non est in usu*) ut, נִלְחַם *pugnavit*, נִשְׁבַּע *juravit*, (namque *pugnare* aut *jurare*, nemo nisi coactus debet.) Sic נִבָּא

(passivè) *prophetavit*, pro נִבָּא

R.45. *Secunda Conjugatio characterem habet dageſh forte ſecundæ radicali impreſſum.*

Activa (à forma) PIHEL, *in Præterito ſub prima radicali geſtat* (.) *in reliquis temporibus* (-) *Et terminatur in* (..) interdum etiam in (-) ut פִּלֵּג *diviſit.*

At hæc tria, דִּבֶּר *locutus eſt*, כִּפֶּם *lavit*, כִּפֶּר *expiavit*, ſæpiùs in Præt. exeunt in (·) Et totidem in Infinitivo in ו, ut, יַסֵּר *caſtigare*, קַנֵּא *zelare*, רַפֵּא *ſanare.*

Paſſiva (à forma) PYHAL, *per* (ׄ) *vel* (ׄ·) *ab activa diſcernitur.* Et terminantur in tempore finito in (-) in Participio in (·) in Infinitivo in ׄ, (cujus formæ unica tantùm vox extat גֻּנֹּב *furari*, Gen. 40. 15.)

Sub Pihel comprehenditur forma POHEL, *in qua dageſh ejectum compenſatur per* ו, ut לוֹשֵׁן pro לִשֵּׁן oblocutus eſt.

Nota. Ad conjugationem ſecundam, pertinent Verba *Tetra*-vel *Penta-Grammata*, (nam hæc conjugatio, dageſhando mediam radicalem, potentiâ fit plurilitera) nihilque habent novæ difficultatis, niſi loco dageſh literam expreſſam: ut,

כִּרְבֵּל כִּרְבְּלוֹ כִּרְבַּלְתִּי *Pih.*

